IOHAN. MAIORIS IOACHIMI OPERUM PARS PRIMA.



VVITEBERGÆ
EX OFFICINA TYPO-
graphica Hæredum Georgij
Rhauu.
Anno M. D. LXIII.

DE CRVCE ET SACRIFICIO FILII DEI IESV CHRISTI.

Q Væ manus iſta virûm, quid vult exorta repente
S editio hæc, vnde armorũ nouus ingruit horror?
N e verò, ne tanta animis præſumite bella
I udæi: veniet tempus properantibus annis
R omanæ cum fortè aquilæ per inane ſagaces
C ertatim huc tendent pennis ad putre cadauer
P rædam inſectantes roſtro, rapientq́ per auras:
E t Titus heu quantas acies, ſtragemq́ ciebit,
E t Solymas armato obſidet milite portas:
T unc certare armis, & pellere ab vrbe licebit,
N unc ſinite, & pacis ſtudijs traducite tempus.
T ot ne vnum telis petitis caput? heu furor ingens
Q uem premitis denſo fremitu, & crudelibus armis
R ex ille eſt veſter, video, agnoſcoq́ decoros
S uprà hominem vultus, mellitaq́ labra docentis.
V t mundum ad leges iterum, & noua iura vocaret
D at ſeſe in medium, diruptaq́ fœdera quondam
S anciuit iam lege noua, factiſq́ probauit

Se diuûm genus eſſe: Sed ô quis verbera dorſo
Inflixit, capitiq́, rubos, quis dulcia labra
Quęis Patris inſpirat dilecta per oſcula Flammam
Fœdauit pugnis, nec crimen dextra refugit
Attonita, in cineremq́, rubi fluxere, ſolutaq́,
In partes crepuere vndantia verbere lora?
Ferte citi hinc; auferte manus, nihil iſte nec auſus
Nec voluit, Deus ille Deus, ne tendite vincla.
Nec dum etiam conuerſi animi, compreſſus & ingens
Impetus? indulgent ſceleri, cæciq́, furore
Ecce trahunt Chriſtū manibus poſt terga reuinctum
Heu ſcelere exceptum magno, inſidijsq́, ſuorum
Ad loca ſupplicij, teliſq́, frequentibus inſtant
Innocuo, qui ſe regem credentibus vltrò
Obtulerat, preſſos animis ſaluare paratus.
Eſt vrbe egreſsis ſedes, addicta malorum
Supplicijs, campiq́, ingentes oſsibus albent,
Qualia in effoſsis conſpexerat oſſa ſepulcris
Ezechiel animari iterum cum ſanguine viuo.
Planicies inculta quidem, nihilominus olim
Religione patrum multos ſeruata per annos:
Namq́, ſita in montis Moriæ radicibus hæſit,
Qua regione ſoli dum ſacra parabat Abramus
Suppoſitum ferijt nati pro cæde bidentem.
Iam tum fata loci Patres longè ante ſagaci
Concepere animo, & caſus ſenſere futuros
Valle ſub hac olim decorati mortis honore,

Verus vbi Ezechiel patefactis oſſa ſepulcris
Secum deſuetas iterum conciret ad auras.
Sed Satanas loca ſacra Patrum quæ manibus eſſent
Turpibus exuuijs, deformi & ſtrage ferarum
Fecerat infeſta, atq; oculis inuiſa tuentum,
Vt contra loca fœda fimo, quò viſcera ab aluo
Arrius effudit triſti mœrore ſoluta,
Proluuie immunda gaudens turpiſſimus Orci
Spiritus, inſigni diuûm decorauit honore.
Has vbi contigerant ſedes, ecce acria præbent
Pocula noctem illam laſſato verbere multo,
Pocula quæ gelida prius infecere cicuta,
Qualia miſcebant lethi iam ſorte cadendis.
Bacchica nempe quibus commiſit germina terris,
Pro dulci latice, & pro ſucco nobilis vuæ
Infelix triſtes profert labruſca racemos.
At ſapor indicium fecit manifeſtus, & ora
Triſtia guſtantis ſenſu perfudit amaror.
Abſtinuit potu genitor, guſtuq; refugit,
Ne temere abrumpat ſibi debita tempora vitæ.
Continuò ad cœlum magna vi robora tollunt
Tranſuerſa, & media elapſa iam parte diei
Quo fatalem agnum mactabant rite parentes,
Sublimè exponunt inter media agmina ſontum
Inſontem, & falſo damnatum crimine mortis,
Et ferrum in palmas adigunt, veſtigiaq; ima,
Vt quondam Dauid fatorum arcana reliquit.

Et qui ſe medium dedit inter nosq́ patremq́,
Ille inter ſontes medius, ſed liber ab omni
Crimine, cœlum inter medius terramq́ pependit.
Sic ergo in tignis, (aërei Serpentis ad inſtar
In quem verſa olim patres quando ora tenebant
Certa ſalus rediјt Serpentum morſibus ictis)
Diſtentus membra, & fœdi de more piacli
Abiectus, ſancta impoſitus fit Flamen in ara,
Perfectis & ritè ſacris ſemel hoſtia factus
Obtulerat verum corpus, planeq́ peregit,
Abſoluitq́ ſemel ſacra non repetenda deinceps:
Nam nec adhuc terris corpus velut ante moratur
Quo ſacrum peragi poßit, rurſumq́ litari.
Quin etiā ardenteſq́ preces, queis rumpere nubes
Et penetrare polos ſolitus, ſacrataq́ vota
Æternum ad patrem noſtro pro nomine facta
Stans ara in media fudit, patriq́ ſacrauit.
His ſe, quando homini nihil hic dare maius habebat,
His ſua dona ſuo pariter cum ſanguine parta
Applicuit nobis, quibus hæc libamina proſint.
Proſequere hos venia pater, & placabilis eſto,
Da te oro facilem genitor, qui mentis inanes
Haud facinus nouere ſuum, dominumq́ decoris
His probris merſere, mori nunc deniq́ cogunt,
Nec cernunt quam ſim multo ſublimis honore,
Et cœli quàm diues opum, quàm gratiæ abundans.
Nec tantum his pacem expoſco, ſed ſontibus oro

D a veniæ eſſe locum, quotquot poſt triſtia duri
F acta Caïn, ad finem orbis dehinc vſq; ſupremum
P ræcipites ſeſe ſcelere implicuere nefando,
M eq; his immerſere malis crudelibus auſis:
S ic ait, & vatum prædicta implebat Ieſus.
V os autem huc miſeri mortales flectite vultus,
C ardine in hoc noſtræ fidei ſumma omnis, & omne
V ertitur arbitrium: nam Chriſtum voce fatemur
A fflictum, & vitam per cuncta exempla trahentem
S uſtinuiſſe mori pro mundi immanibus auſis
P ontius imperium Solymæ vt Pilatus habebat:
H æc olim vt proaui præſaga voce locuti
A nte aras ſacris iugulantes ritibus agnos,
A tq; omnis Vatum chorus, & biſſena virum vis,
C redentumq; greges omnes hæc ardua facta
E uulgant fama, dictiſq; in ſæcula habebunt
M ateriem, donec ſupremùm aduenerit orbi
Q ualis erat tunc cùm Chriſtus diſcederet orbe.
H inc Chriſtũ ingeminant templorum ingentia tecta
I cta ſono, Chriſtumq; iterant vocalia labra,
N ec præter Chriſtum quod Paulus ſciret habebat:
N ec mage ſpem trahere, & duris ſolatia rebus
C oncipere audemus miſeri, & rerum omniũ egentes
Q uàm ſi pectoribus Chriſti obuerſatur imago
S anguineum exudans laticem, ſuppoſtaq; ligno,
V ulſa comas, laniata genas, & quinq; petitum
P erfoſſumq; locis corpus: Viden' vt furor ardens

In ſcelus, hic omnes irarum effudit habenas,
Nec proprio abſtinuit nato Deus, impia poſtquàm
Auſa hominũ excipiens humeris & geſtat et aufert.
Qui nullam admiſit labem, labem eluit omnem
Sanguine: cumq; ipſi tantorum cauſa malorum
Eſſemus, tamen ille ſuis veniam hoſtibus orat.
O tantùm potuiſſe pati, veniam inſuper hoſti
Oraſſe, & donis mala compenſaſſe beatis?
Hei nulli exemplum ſuperabile, quod tamen omnes
Vſq; ſequi mandat pietas, & mutuus ardor.
Magnũ opus & mirum eſt, hominum mortalia mẽbra
Adſumſiſſe Deum: magnum & mirabile rurſus
Morte triumphata iucundas ſurgere ad auras:
At medium pendere ſub altis ætheris oris
Palmas atq; pedes terebratum, vteriq; latebras
Sanguinis vndantem riuo, velut Oſtrea rubris
Tincta notis, Cyprióue anguis formatus ab ære:
Illa ſalus demum eſt miſeris, ea imago meum cor
Percellit, reficitq; animum, inceditq; medullas.
Nec mors horrenda in ſpecie ſi obiecerit olim
Monſtrum animo, audebitq; minax concurrere telis:
Aut mecum imparibus Satanas ſe miſcuit armis
Prætexens culpas, & ſemet in omnia vertet,
Quanquam animum turbatus ero, (fataliter angor
Omne nefas ſequitur) tamẽ haud mihi tantus anhelã
Deijciat mentem pauor, vt vi victus & expes
Indignantem animam triſti cum murmure fundam,

Aut de vulneribus monitus, non pectore læto
Exiliam, eyciamq́ procul quodcunq́ moleſtum eſt.
Nec mihi tum veniat vitæ tàm dira cupido
Vt tali admonitu mortem admiſiſſe recuſem.
Ergo agite, et propius nunc ſiſtite ad ora viden.
Transfixũ clauis, & ſparſum ſanguine Chriſtũ, (dum
Tum leuè erit fraudes hominum, commentaq́ vana
Iuſticiæ propriæ veris conuellere dictis:
Deniq́ certa ſequi ſolatia rebus in arctis,
Indq́ auidæ mortis conflictu deniq́ habere
Fundamentum ingens quo vota innixa quieſcant.
Omnes quotquot erant producti in luminis auras
Æternùm flammis Erebi ſententia iuſti
Proſcripſit vulgata Dei, quia crimine auito
Concepti, natiq́ Dei feruente ſub ira
Non iuſſa exequimur quæcunq́ in lege notata,
Atq́ in mente Dei ſtant fixa, immotaq́ ſemper,
Et noſtra in ratione manent non paſſa lituram.
Nec quiſquam genere à noſtro tam triſtia vota
Auferre, atq́ aliò noſtram traducere culpam
Auſus erat, quando reiecti protinus omnes
Iram, iudiciumq́ Dei, pœnaſq́ futuras
Inciderant: ſed enim noſtri miſeratus ab alto
Progeniem, magnoq́ animum labefactus amore,
Demiſit genitor, quæ ſãguine ſacra pararet
Grata Deo, patriaſq́ iras extingueret vltrò,
Contractumq́ nefas, & quod nos fecimus ipſi

I n ſeſe lueret, pœnamq́, exolueret omnem.
V tq́, aliena reum tunc Chriſtum culpa peregit,
S ic aliena Deo gratos nos gratia reddit.
C ernite vt amplexurus amans pia brachia pandat?
H is nos in partem meritorum ſponte ſuorum
A ttrahit, & ne ſint nobis fera crimina fraudi
I uſticiã obtendit propriam, et tegit abdita Chriſtus.
C ernite deinde patens crudeli vulnere pectus,
V nde voluntatem, & blandũ agnoſcamus amorem.
Q uin nutu capitis vocat ad ſua munera gentes,
A tq; ſuo cœlum tranſcribit ſanguine habendum,
S i non reijciant auerſa mente ſalutem.
V t pueri infirmo qui corpore ferre medentum
N eſciuere hauſtus, ſed vt ipſæ pocula ſumant
A cria nutrices, hauſto mox lacte redundat
D eriuata ſalus infantum in languida membra:
H aud aliter non fellis acrem tantum ebibit hauſtum
T ormenta in ligno perpeſſus, ſed vice noſtra
M ulta indigna ferens mortem guſtauit amaram,
I n nos vt translata ſalus vertatur, & in nos
T ransfluat effectus meritorum impunè ſuorum,
E t largè recreet, cupida qui mente, fideq́;
V beribus verbi lactis deducimus hauſtus.

IN

IN RESVRRECTIO-
NEM DOMI-
NI.

Væ noua naturæ facies micat vndiq́, & orbem
Q L uce ſua veſtit? quæ nã hæc tam clara repentè
T empèries? prima & tellus, & conſcius æther
D ant ſignum: memini dudum ſpes tota ſalutis
I n dubio iacuit ſignis confuſa timendis,
C ùm Sol obſcura tegeret ferrugine vultus,
I nficeretq́ diem tenebris, magnoq́ tremore
O mnia concuteret tellus, penituſq́ latebris
E xigeret manes repetitæ lucis in auras.
A t nunc omne animans, & conuexa ardua cœli
T orporem poſuère, omniſq́ repentè reſurgit
A biectæ telluris honos, vidi ipſe coruſcum
L uce repurgata Solem, nanq́ ipſe morantes
I ungere equos curru famulantibus imperat Horis.
A duenit qui noſtra dies è faucibus Orci
C ommoda reſtituit, Patris cum numine Chriſtus
P œnas, & ſæui paſſus diſcrimina lethi
C orpore preſſit humum, feſtaq́ in luce quieuit,
I nfernaſq́ adijt ſedes, maneſq́ piorum
O ſtendit cœlo, victorq́ ad ſydera rurſus
Æ theria, & cœli ſuperas euaſit ad auras,
D um triplices egere vices nox atra, dieſq́.
E x illo celebratus honos, lætiq́ minores
R elligione patrum totos tres ordine ſoles

Seruarunt, operum immunes, ſtudijq́ profani,
Et te Chriſte vocant per carmina læta, tibiq́
Pro meritis dignas tendunt perſoluere grates,
Quos propter tantos potuiſti ferre labores,
Vt triſtes ſine Sole domos, loca turbida adires,
Rectoremq́ Erebi manibus poſt terga reuinctum
Exueres ſpolijs, tandemq́ immane barathrum
Deijceres, mortemq́ haurires ipſe triumpho,
Eq́ lacu quem nulla rigant vada, nullus aquæ fons,
Felices proauorum animas tecum inde referres.
Quare agite ô homines tantarũ in munere laudũ
Luſtratos adhibete animos, (fas felle carere
Fermenti) & ſanctis agitate in legibus æuum,
Communemq́ vocate Deum, & date præmia laudum.
Non equidem hæc ſine lege Dei ſolennia nobis
Vana ſuperſtitio, veterumq́ ignara bonorum
Impoſuit: ſtat fama trium celebrata dierum
Patribus, æternumq́ tenent per ſæcula nomen.
Nam neq́ laude pares, factiſue ingentibus vllos
Extulit, aut æquè inſignes Scriptura notauit,
Quintum poſt decimum, quiq́ hunc duo ritè ſequũtur
Si primum ad menſem Iudæi reſpicis anni.
Ille dies, feſtæ lucis qui præuenit ortum,
Nomen habet facti, ſiquidem memoratur in illo
Gens Syriæ victu tantum incubuiſſe parando:
(Nulli fas ſacris quicquam exercere diebus.)
Illo quippe die mactatus concidit Agnus

Relligione patrum latè ſacer, omniaq; antè
Munera queis opus eſt nobis bone Chriſte paraſti,
Quæ nunc prenſa Fide firma, ſed in æthere quondam
Præſenti intuitu gens fortunata tenebit.
Inde alter de more dies qui in luce profeſta
Auſpicium populis ſero iam veſpere inibat,
A celebri ritu magnus cum nomine fertur:
Quem ſatus ipſe Deo ingenti celebrauit honore
Ingentem, vt placida compoſtus pace quieuit
Marmoreo in tumulo, nobis quos improbus vrget
Aſsiduè labor, & vigiles ad pectora curæ,
Promeritus requiem vitali lumine caſsis,
Donec longæui perfecto temporis orbe
Nobis ſomnum ingens rumpet fragor, oſſaq; et artus
Sopiti aëreas emergent rurſus ad auras.
Illa concluſæ in domibus ſe luce tenebant
Matronæ, Chriſti quas funere luctus habebat,
Nec fas egreſſu ſolennia rumpere Sacra.
Iamq; vbi feſta dies curſum inclinarat, & vndas
Heſperias prono defertur lumine Titan:
Tertia lux oritur, cui Teutona lingua loquendo
Nomen ab euentu tribuit, quòd victor ad auras
Chriſtus ijt, ſecumq; aliquos ad lumina Solis
Extulit, in vitæ certa argumenta futuræ.
Quin etiam Moſes lucem hanc cognomine dixit
Primitijs ſacram, qua gens Hebræa maniplos
Ventilat, atq; nouis cumulat de fructibus aras:

Et patrio de more, Deo cùm ſacra paraſſet,
Iam tum meſsis erat calida in regione locorum.
Hi verò tres ritè dies, ſeptena dierum
In ſpacia inciderant mellitis fixa placentis.
Nam neq; Iudæi ſolùm ſub tempore Moſis,
Sed Patres morem ſacrorum hunc antè tenebant,
Et cùm liber adhuc primo ſtatus eſſet in æuo.
Quandoquidem norant illis quod fortè diebus
Maſſa vetus fermenti acris, doctrinaq; fallax,
Et labes tollenda loco ſit vindice Chriſto,
Vt poſthac puros agitent ſine ſordibus annos.
Ergo illos ſeptem labentes ordine ſoles,
Gens accincta viæ cùm feſtum abſumeret agnum,
Dulcibus & libis ieiunia mœſta leuaret,
Paſcha vocant, cauſamq; trahunt à præpete ſaltu,
Ægypti terra innocuus quòd limina prædo
Præterijt, ſaltuſq; dedit populator, vbi agni
Aſperſus cruor ad poſtes, diſcrimina fecit
Iudææ, Phariæq; domus: velut arbiter Orci
Cum fremit intentans lethum, diſcedere retrò
Cogitur, atq; alià ſceleratos vertere greſſus
Pectora ſi qua videt Chriſti ſignata cruore.
Nunc age & expediam quæ ſint miracula rerũ
Lucibus his olim patribus celebrata ſacratis.
Nam ſi rem prima repetens ab origine pandam,
Fertur Abel lectum mactaſſe ab ouilibus agnum,
Primitiaſq; Cain frugum ſacraſſe nouarum

C ùm ter quinq; dies primo confecerat orbe
C ynthia : grandeuumq́; Noam veſtigia primùm
I n ſicco poſuiſſe ſolo, & liquiſſe latebras
F atalis cymbæ tepidi ſub tempore Veris.
E t Lothus immunis pluuiali euaſit ab igni
C um flammæ vltrices Sodomam inuaſère nocentem.
E t vada Iordanis diuiſo vortice præbent
S e Syrio calcanda duci, dum marginis oram
A ttingat, ſiccaq́; pedes exponat in vlua.
E t tunc concreti roris cœleſtia dona
D eſierant, quibus in Lybiæ regionibus vſi
I ſacidæ ſoluere famem per inhoſpita rura.
Q uid memorem Rachaben, vrbis quæ ſorte ſuprema
E ducta, exciſos vidit nullo ariete muros,
Æ quatoſq́; ſolo ſonitu impellente tubarum,
O rbis in exemplum, clauſo cum venerit æuo
V ltima tempeſtas rauco crepitante fragore,
Præcipiteſq́; ruent ſtellæ, & mox cardine rupto
A xis vterq; loco abſiliet, terraſq́; cremabit.
H is etiam certum eſt Solymos exiſſe diebus
V inclaq; vimq́; ducis Pharij, dehinc nocte ſub vna
P ercuſſu primos cecidiſſe per oppida fœtus,
F ictaq; ſigna Deûm Pharias deiecta per aras.
A t Iudæa Phalanx feſta non luce morata
I ntendebat iter properè, & conſidere caſtris
N on metuit, celebratq́; dato conuiuia victu:
N ec dum lege Dei lux feſta indicta vetabat.

I amq;

Iamq; dies iterum proceſsit, & humida cœlo
Nox ſubijt, cum rura petunt Hachirotica, rubris
Proxima littoribus, tenduntq; euincere pontum
Inſuetum per iter noctis ſub tempore, at illos
Suſpenſa in montis faciem circumſtetit vnda,
Et ſuperare dedit fundum, & contingere terram.
Iamq; vbi quarta ſubit tacitæ cuſtodia noctis,
Tollit ſe arrectum Dominus rutilante columna
Noctē, hyememq; ferens, & inhorruit ignibus æther
Turbidus, & rauco tremuit cum murmure tellus
Viſceribus concuſſa ſuis, homineſq;, feraſq;
Per terras humilis ſtrauit pauor, vndiq; & atro
Collucent igni fluctus, & littora pulſant.
Haud tamen audaci Phario fiducia ceſsit
Littora præripere, & fugientes prendere terra.
Dumq; ita tendit atrox legionibus ire per altum,
Et pelagi vada cæca vrget, reuoluta viciſsim
In ſemet coit vnda, neque hinc exire poteſtas
Eſt regi, & multam accepit ſuper ora paludem,
Et præceps in aquas immani turbine adactus
Singultantem animam reiecit ſanguine in æquor.
Adparent crebri nantes in gurgite rubro,
Diſiectiq; ab equis agitantur in æquore currus.
Nec procul à vero eſt Ionam per cærula ponti
Illa luce iterum Cæti emerſiſſe latebris
Præreptum ad Solem, deſuetaſq; ætheris auras,
Quandoquidem ille ſua referebat imagine Chriſtum.

A ccipe nunc antiqua trium monumenta dierum
T eſtata egregios Chriſti ſurgentis honores,
Q ui nece deuicta ſuperas ſe tollat in auras,
E t patrum manes alta in tellure repoſtos
P roducat ſecum, decurſaq; tempora vitæ
P roroget extinctis, & lumina morte reſignet.
I lle agnus, noxam humanam qui ſanguine ſoluit
I nnocuo, admiſſi nullius conſcius vnquàm,
S ed ſcelere exceptus ſæuo, inſidijſq; ſuorum.
I lle agnus, cui fata parant, quem deſtinat aræ
O mnipotens pater, vt patrias auerteret iras,
E t letho caderet pro tot mortalibus vnus:
A tq; ita perfectis ſacris ſacra omnia ſupplet,
N ec fas inde nouos genitori opponere honores.
I lle & primitijs quondam eſt ſignatus auorum
D um primus repetit cœleſtia lumina vitæ
Q ua veteres primum ſacrabant luce maniplum.
N anq; ſuis fatis deberi has ordine luces
E docuit facto Chriſtus, dum cæſus ad Agni
I nſtar obit lethum, clauſaq; quietus in vrna
D elituit lucem totam, dehinc luce ſequenti
C orripuit ſeſe, & mœſtis citus extulit antris
D um vigil excubias quarta vice noctis agebat.
E t tellus rauco tremuit commota fragore
V ictor vt euaſit tumulo comitantibus vmbris,
A tq; triumphatum vinclis incluſit Auernum

C ardine conuellens poſtes, patreſq; reſoluens
C ompedibus, quibus addictos ferus hoſtis habebat.
S ed mihi quæ tanto ſunt munera parta triumpho?
N amq; hominum cauſa ſubijt tot ſponte labores,
I uſtitiæ mihi dona refert in munere Verbi,
M î tribuit ſua regna, mea eſt victoria Chriſti.
E t cum prima dies nobis mortalibus oris
A cta fuit, carnemq; anima mors atra reſoluit:
T um poſiti dulcem viridi in tellure quietem
E xigimus, nec legem vltra, ſæuumq; moramur
R egnatorem Erebi, nec conſcia pectora culpæ.
A t cum tertia lux reuoluto venerit æuo,
I lle idem abſumtos cineres, tenuemq; fauillam
C orporis antiqui reuocans ad gaudia vitæ
R eſtituet, cælumq; vltrò transſcribet habendum
C oncilio in magno Diuûm, quando vndiq; Chriſto
C laudemus latera, & comites hærebimus vnà
I ucundo ſuper aſpectu, & ſermone fruentes.
N ec tum ærumna locũ, nec tum labor vllus habebit,
M ors aberit, nulloſq; auellet ab vbere natos
A mplius, aut caros amplexu abrumpet amicos:
G audia erunt illic, vita vndiq;, & vndiq; ſenſus
L ætitiæ, paſſim & choreæ, cantuſq; vigebunt,
I n medioq; mouens Deus omnia in omnibus vnus.

STEN.

N *Vnc puris animis opus, & nunc pectore fido*
Tantùm indulgendũ ſacris, moreſq; nouandi:
N on bene cõueniunt, nec in vna ſede morãtur
C onſcia mens, flatuſq; ſacer: procul eſſe prophani
Q ui retrò in crimen ruitis, vitæq; prioris
T urpe iter ingreſſi conceptam in pectore labem
M embrorum officio claras profertis in auras.
F rena decet membris imponere, vincere motus,
S piritus excutitur dominante cupidine carnis.
N e quæſo, ne flatum illum præcordibus vltrò
E xigite, inq; pijs habitantem, triſtibus auſis
P erturbate feri, vindex malefacta rependit
E t benefacta Deus, neq; enim illo eſt iuſtior alter:
A tq; hac luce olim, (lux quinquageſima faſtis
F ertur ab Ægypti egreſſu, dehinc tempore ab illo
Q uo nece deſtructa Chriſtus prodiuit in auras:)
C haoniæ in faciem collectus & ora volucris,
L inguarumq; ignem vibrantum in imagine viſus
S piritus ille Dei, noua lex, in credula corda
B iſſex ſacrorum procerum diffuſus ab alto eſt,
C ùm ſubito ingenti ſe finderet æther hiatu,
E t tremefacta nouo mugiret terra tumultu,
I nſuetuſq; ignis penetralia luce repleret,
A tq; ille vt rapidis ventorum vectus in alis

C um tonitru irrueret, turbamq́ inuaderet omnem
I nſiſtens linguis verba in variantia fiſsis.
N on ſecus atq́ olim quando eſſent ordine lapſi
Q uinq́ decemq́ dies, Ægypti ex orbe reuerſis
A ntiquam genitor magno cum murmure cœli
P ropoſuit legem tabulis & marmore ſcriptam.
E rgo agite & tantos feſti celebremus honores
S ermonem inter nos ſanctis de rebus habentes,
E t noſtræ partem fidei, de numine Flatus
O fficioq́ ſacri, dictis firmate ſacratis,
E t vatum reuocate animis prædicta priorum
Q ui vim perſenſere Dei, longèq́ remotos
C oncepere animo caſus arcana locuti,
E t queis ſcire dedit Deus, atq́ aperire futura.
S ic patris & Nati patrium agnoſcetis amorem,
E t gratis animis donum hoc inſigne feretis
Q uòd miſeros, tantaq́ oppreſſos ſorte laborum
T empla ſui flatus fecit, tantoq́ potiri
T heſauro dedit ille hominum ſeruator & auctor.
O ſi nunc noſtris ſe ille oſsibus implicet ignis
P lurimus, & ſancto ſuperûm ſuccendat amore,
L uſtratamq́ igni mentem ad ſupera ardua tollat
V ltra auras, Soliſq́ vias, vbi trina poteſtas
L ucis inacceſſæ radijs circum ora coruſcat.
O ſi lux ea mî nebulas præcordibus atras
D iſſerat, & larga paſsim ſeſe explicet aura
V t me ab humo releuare queam, & nos diſsita ſuprà

R imari ingenio, atq; oculis deprendere coram
I gneus vnde vigor, quo fonte amor ille redundet,
V iuus, & indefeſſus, & inſcrutabilis ardor.
H oc ſine nil altum mens cogitat, inſtruit ille
I ngenium flatus ſacer, euentuſq; miniſtrat.
H unc & Zacharias Flatum longè antè canebat
P romiſiſſe pijs qui miſſus ab æthere ſummo eſt
Æ terno de patre ſatus, æternus & idem
O rator patris, qui mutua verba locutus
C um ſanctis proauorum atauis, vnctuſq; ſacerdos
S pargens ſanguine, et alta docens præcepta parentis,
P ro nobis & ſacra parans, & ſedula vota,
Q uando Dei atq; hominū medio ſe feruidus offert,
N oſq; oleo, cœleſti oleo vi flaminis vngit,
Q uem præter luſtrare igni, & maculā abluere omnē
E t flatum conferre ſacrum, & cœleſtia dona
P artiri in numerum, non fas mortalibus vllis.
I lle eſt pollicitus nobis quondam affore tempus
Q uo flatum effundet proprij de numine flatus,
N on reprobū factis, & non Satanæ inſtar habentē,
S piritibus cœli ſimilémue, boniue creati,
S ed ſanctum, flatumq; Dei, nec more creatum
P rincipij & finis, cum nato & patre creantem
O mnia, cui compar ſubſtantia, & æqua poteſtas,
V t viuum patris ac nati ſpiramen, amorq;
M utuus, & viuæ deitatis tertius ordo,
A tq; aliud munus diſtinctum à munere Chriſti

Q ui gerit in terris, aliuſq; leuator ab illo eſt,
Q ui curis confecta, & conſcia pectora lenit
A ltera de triplici perſona emiſſa ſenatu.
H unc igitur ſatus ille Deo ſe effundere flatum
T eſtatur dictis, non tantùm vt copia aquarum
E xit in immenſum, vicinaq; reſſicit arua:
N ec propter veteris tantùm fatalia Aronis
V nguina, quæ diffuſſa ſuper largè ora rigabant:
S ed quia ſacrato cum gurgite fuſus abundè
S piritus hic veteris mundat contagia culpæ
L uſtrati in Chriſti cum nomine tingimur vnda,
A tq; iterum ſuperas in aqua generamur ad auras,
E t verbo accipimus flatus cœleſtia dona
Q ui ponè accinctus aſtat pro gurgite ſacro
I rradians ſuper ætherio cum fomite amoris:
V t cum Iordanis medio ſtat Chriſtus in aluêo,
P roloquitur pater, & flatus ſuper imminet alis
D elapſus cœlo blandæ de more columbæ.
A tq; vbicunq; ſonat vox incorrupta ſalutis,
H ic ſimul effundit cum lympha in credula corda
F lamen, & hoc patrij Chriſtus dat pignus amoris.
S altem hîc primitijs locus eſt de flamine ſacro,
A ſt illic decimas, partemq; trahemus ab illo
T ranslati ad ſuperos pura cum luce fruemur.
N am meſſis plena, & deitatis perpetuus fons
I n te Chriſte manet, tu ſummus es ordine noſtro,
E t tu frena tenes mortali in gente, locoq;

P ræci-

Præcipuo es poſitus, totoq́ es vertice ſuprà,
Præq; tuis ſine menſura conſortibus vnctus
Magna indulta tenes, ſoboles ceu dia parentis,
Noſtra tuo quanquàm luſtrentur flamine corda,
Atq; oleo partim perfuſi vngamur eodem.
In te tota habitat diuina eſſentia patris,
Nobis quos pater in ſtirpem ſuccedere paſſus
Cedit pars aliqua, & tantùm commertia dantur.
At patris hoc, natiq́ ſimul ſpirabile numen
Funditur in Solymæ ciues, & tecta Dauidis,
Nempe omnes ſuper, & quacunq́ in ſorte tenentur,
Nec ius hoc ſolis cedit, ne fingite quæſo,
Præpoſitis aræ, & luſtratis more ſacrorum:
Vir, iuueniſq́ puer nullo diſcrimine habetur
Qui ſe lege tenent ſcripturæ, & cœlitus orant
Numinis auxilium, ſtudiiſq́ operantur honeſtis,
Namq́ Dei domus eſt Eccleſia dedita Chriſto,
Inq́ noua Solyma ſedem tenet, illa ſupernè
Venit, & inde initum, & generis primordia ducit,
Vt vates olim Ezechiel, diuſq́ Ioannes
Picturæ in morem ſacra hæc arcana notarunt.
Sed qui iuſſa negat diuina admittere in aures,
Faſtiditq́ animis rerum Monumenta ſacrarum,
Nec ſocium ſe addit, nec ciuem in gente fatetur
Quæ ritè exequitur doctrinã, & ſacra miniſtrat,
Non Chriſti, ſanctiuè capax eſt flaminis iſte.
Nunc age et expediã quẽ tandẽ effuſus ad vſum

S piritus hic noſtris animis ſe miſceat intus.
G ratia ei nomen dedit, atq; hinc ſpiritus ille eſt
S piritui teſtis noſtro, fidumq; ſigillum
I uſtitiæ, & pacis ſuperûm inuiolabile pignus,
E t quod nunc trahimus genus alto à ſanguine diuũ,
C onſortes Chriſto facti, & diuina propago.
S olus & hic ægris doctrinam hanc mentibus adfert
I uſtitiam quòd ſola fides, veniamq; reatus
C onſequitur gratis, ſi Chriſti à ſanguine pendet.
D at vitam, expellitq; animo quodcunq; moleſtũ eſt,
E t ſpe nutantes, huius præſentia firmat
C onfeſtim, inq; locum collapſa repentè reponit,
V t præſente illo vigeat fiducia noſtra.
T unc animi incipiunt cœli ſentire vigorem,
A tq; voluptates, dioſq; in pectore motus,
H ic primum ſpecimen vitæ immortalis adumbrat
D um vireſq; nouas, occultaque pabula mentes
C oncipiunt per eum, & mox vno in amore caleſcũt
D octrinæ, iunctiq; feruntur paſſibus æquis.
Q uin & votorum moderator & arbiter ille eſt
V ſq; docens vero venerari numina honore,
E t rectos cultus, & iuſſa faceſſere ſacra,
V otaq; componit noſtra, & ſua propria miſcet
V t pueri os tenerum mater, balbumq; figurat
I nformans manibuſq; manus, & vocibus ora.
S ic gemit, effunditq; ſimul ſuſpiria, & vltrò
N oſtro oneri ſubit, & noſtris à partibus hæret,

C æleſti

C æleſti ſi quando foro cauſa extat agenda.
S æpe animis fracti præſenti in limine mortis
D eficimus, nec vox, gemituſue è corde ſequuntur:
I lle aſtat, noſtramq́ vicem gerit, & pia pandit
B rachia, & ingentes gemitus ad ſydera tollit
E xpoſcens pacem ſuperos, & numina placans.
P alantes quin ille etiam per munia verbi
A d te Chriſte refert, noſq́ in tua vulnera, apertumq́
I n latus adducit, teq́ exhibet ipſe videndum
Q uem trabe ſuffixum fiſſæ ſub imagine rupis
I udæi ferro terebrabant, quem Pater altè
E cupro facti in morem ſuſpenderat anguis.
N am tu noſtra ſalus, medicinaq́ certa laborum
I n te ſi fidente animo fixa ora tenemus
C onuerſi, atq́ oculis te Chriſte fidelibus vnum
I ntuimur, quales loca per deſerta videbant
S erpentem erectum ſerpentum morſibus icti.
N am velut hi Chriſtũ monſtrante in imagine Moſe
A ſpexêre olim: ſic nos & vulnera & ipſum
S anguine rorantem aſpicimus, cum ſpiritus ægris
M onſtrat eum, fidoq́ iubet ſupponere cordi.
H æc hodie verſanda animis, figendaq́ menti
O mnibus, in ſacra qui merſi gurgitis vnda
M ore Sacerdotum perfuſi flamine ſancto
D iuinoq́ oleo, tibi nomina Chriſte dederunt.
D ent operam ne fortè labet mens recta, fideſq́,
E t ſanctum expellant polluto è pectore flatum,

C ui ſubeat malus ille loco, qui immanibus auſis
I n præceps homines agit, & ſubmergit Auerno.
C umq; miniſterio verbi ſub corda piorum
S piritus effuſus terris ſua munera curet:
D octores verbi merito adſiciatis honore
T eſtati gratos animos pro munere tanto,
E t dona argenti, pro vt cuiq; eſt copia, ad aram
O fficij memores deponite, munera parua
P ro merito ingenti, cùm Spiritus aurea dona,
E x Arabo confecta auro cœleſtia dona
I n medium vobis vocali in munere verbi
O fferat, & cœli faciat ditione potentes.

IN NVPTIIS FILIÆ D. PAVLI PRÆTORII.

Os erat Hebræo in populo, quem protinus vrbes
M F initimæ coluere ſacrum, nunc clara potentum
T urba colit, cum læta parant conuiuia menſis,
E t prece conueniunt ad connubialia ſacra:
T um læti alternis ſermonibus abdita rerum
E xquirunt, reuocantq; virûm monumenta priorũ,
V t quondam hoſpitibus pulcra argumenta vocatis
I n medium ſoluenda dabat Manoëius heros
V idit apum vt miros ortus de cæde Leonis.
S ic Medi regis pueri de robore quærunt,

Et

E t pius Æneas menſis exceptus Eliſſæ
I nſidias Danaum memorat, caſusq́; ſuorum.
H unc morẽ in menſa veteres: hũc maximus ipſe
A rbiter imperij ſeruat Fernandus, & inter
R egales epulas naturas quærere rerum
G audet, quæ plantis, quæ vis animantibus inſit.
S it mihi fas audita loqui, vidi ipſe medentes
C onſulere, & longo ſermone requirere plantam
B alſameam, cui penè frutex intercidit omnis.
Q uare agite, et mecũ quando huc veniſtis amici
A d thalami ſolenne ſacrum, celebrate fauentes
H oc thalami ſolenne ſacrum, quod ritè ſecundis
O minibus natæ inſtituit, qui Marchica regna
C onſilijs implet Paulus, qui Principis aures
E loquio mulcet, generumq́; recenter adoptat
C onnubio natæ, generum, cui doctus Apollo
S cire poteſtates herbarum, vſumq́; medendi
T radidit, Albiaciſq́; iugis Tritonia Pallas.
Q uem docuit, multaq́; inſignem reddidit arte:
C ui medicas Pater exercens feliciter artes
I ura dabat populis, & faſces vrbis habebat
Q uâ populoſa iacet fumantibus Hala ſalinis.
I pſe in honore thori, cui quondã Chriſtus adeſſe
D ignatus, vitreum liquorem ſimplicis vndæ
N ectare mutauit flauo, ac inopina meri vis
P ectora guſtantum potu permulſit opimo,
H inc canere incipiam Chriſti connubia, vt ille

A rdet

A rdet inextinctùm flammis, & nomine Sponſi
G audet ouans, dioq́, ardeſcit pectus amore,
C ui terris hymenæa parat Rex ætheris alti,
E t ſancto ſociam deſpondet munere Verbi,
I n quam inhians rapidum ex oculis iaculatur amorē,
H ancq́, ſuæ aſſocians maſſæ complexibus arctis,
B aſiolo inſpirat flammam Patris, & ſua dona
D onat habere illi decus & tutamen in orbe.
H inc generis diuerſi homines ad feſta vocatos
C onnubij, longæ memorabo ex ordine pompæ
D educens ſeriem Matthæi codice ſancto:
Q uandoquidem ſocialis hymen in imagine viua
C onnubium Chriſti pingit cum gente piorum.
Principiò rex ille Deûm connubia cælo
D ecernens, Patris eſt nomen de more profeſſus,
P erſonamq́, gerit ſoceri, cui Filius æquis
A d latus auſpicijs Sponſi pia iura miniſtrat:
S tat iuxta accinctus ſacrorum in munere Vatum
S piritus ille ſacer, Sponſi qui fidus amicus
P ronubus in verbo nuptam deducere gaudet,
E t nupta illa quidem peccans Eccleſia fertur.
I amq́, tubæ, cantuſq́, ſonant, mißiq́, per vrbes
F initimas qui dicta ferant, atq, agmina primùm
I udæa inuitent tædis, thalamiſq́, paratis:
S ed ſuaſit mens læua, Deoq́, auerſa voluntas
T ecta fouere ſua, & tantos contemnere honores:
Q uid moror, irrumpunt armis, miſſoſq́, trucidant
E nſe

E nſe oratores, infectaq́ fœdera linquunt.
S ponſus vt ingratū genus alto à ſanguine Iudæ
D efeciſſe videt, ſua nunc connubia ſperni,
L umina tot cecidiſſe hominum: tum ſurgit in iras,
E t penitus reiecti omnes, paſſiq́ repulſam.
H ic mentem Tito miſit diſcrimine paruo
I ret vt ad muros, vrbiq́ aduerteret agmen
O cyus, & gentem euertat de ſtirpibus imis.
H uc omnes conuerſæ acies, omneſq́ Latini,
V oluitur ignis edax tectis, ſtant ſanguine vici.
P ars etiam incomiti ſanctas inuiſere tædas,
N ec veros præ ſe ferre, atq́ oſtendere cultus,
A ut aliò intenti infandum conuertere amorem
N umine ſeducti læuó : quin protinus auram
E xcuſſere ſacram polluto è pectore, & omnia
A mittunt decora, & verſicoloria dona,
Q uæ quondam gratis conceſſa monilia Sponſæ
R ex ſuperûm geſtare dedit in pignus amoris
C um Chriſto vt primum ſanctos pacti hymenæos
F onte ſacro immerſi iam primum fœdus inimus.
E rgò etiam longè ſummoti arcentur, & acti
F elici à thalamo quâ dia Eccleſia fidos
C onfouet, & dulci aſpirans complectitur vmbra,
Æ ternùm exululant tenebris, velut impia turba
I n cœtu Mahomete tuo, fictaq́ tumentes
R elligione Dei, rerum cœleſtium inanes,
I ncluſi pœnam expectant, & carcere cæco

E uincti

E uincti poſt terga manus frigentq́, ſtupentq́,
D entium vbi ſtridor grauis, horriſonq́ vlulatus,
V erberaq́, fremituſq́ virûm, tractæq́ catenæ.
P ars & polliciti tædas, primiſq́ iugati
O minibus tibi Chriſte fide, qui debita ſeruant
F œdera, iuſtitiamq́ tuam quam gurgite ſacro
I nduerunt, rectamq́ fidem, & bene conſcia corda
N uſquàm amiſerunt, oleumq́ à Flamine ſancto
I nfuſum vaſis tenuere, vt prouida quondam
T urba puellarum Sponſi meditata regreſſum:
I lli ad conſpectum Regis ſub luce ſuprema,
E t penitus ſacri ad thalami ducentur honores,
C um ſibi connubio iungens Sponſam inferet aſtris
S ublimem, & cœli Reginam in ſceptra reponet.
E rgò agite & thalami caſtis ſponſalibus olim
A dmoniti, & factis rutilante monilibus auro:
N e quæſo temerate fidem, nec perdite gazas
A cceptas, tantiq́ vocati ad Regis honores
N eu probro afficite, aut ferro violate vocantes,
R elligio vetat, & ſequitur vindicta nocentes.
M ulti equidem iuſſi ſolennes viſere tædas,
A t pauci quorum cœlo inclinata voluntas
A ccelerant greſſum, pauci quos munere verbi
O mnipotens legit fido cum pectore perſtant.
O ſacer & caſtus thalami ſtatus, arduus in quo
R ex ſuperûm duo corda hominum ſub mutua amoris
V incla trahit, verbi per iura, & numina Flatus:

Arcani

A tcani tu ſignum operis: nam qualibus actus
F ertur amans ſtimulis ergà ſocia agmina CHriſtus,
Q uóue modo noſtris vnitus mentibus hæret:
M utuo in affectu caſtorum coniugum adumbrat.
H ic patre Rege ſatus, Spōſi qui nomine gaudet
N on vltra infidæ Synagogæ exiſtit amator,
Q uandoquidem pactæ violauit fœdera dextræ
P ellex, & turpes alibi ſectans hymenæos:
S ed noua Iapheti feriens cum ſemine pacta,
V ir gregis eſſe ſui ſine fine in ſæcula gaudet.
I ſq́; in connubio manifeſta in luce videndum
S eq́;, ſuumq́; animum præbet, caſtumq́; calorem,
Q uæq́; bona æternam in dotem cœleſtia Sponſæ
D onec habere ſuæ, dehinc ſignis edocet ipſis
Q ua cupiat ratione colià conſorte viciſſim:
N amq́; ſinu Patris æthereo demiſſus Olympo
Spònſam aliquam humanis ardens circumſpicit oris,
I mperijſq́; Orci ſubmiſſam, ſanguine rurſus
D epoſito ille ſuo repetit, patriſq́; fauori
R eſtituit, veteriſq́; in fœdera ponit amoris,
E t verbo abſtergens concretam ab origine labem
L uſtrat rore pio, decoratq́; monilibus aureis,
I uſtitiæ cum dote ſuæ, Flatuq́; ſacrato,
Æ ternoq́; ipſi connubia fœdere ſancit
H anc fore promittens in qua ſua ſola voluptas,
H ephzibamq́; vocat, vero vt prænuncius ore
A dmonuit vates quem vates edidit Amos.

Ille

I lle vt mœſta olim compellans agmina Chriſti
L enibat dictis, his tandem eſt vocibus vſus:
Q uid te ſollicitam pia gens timor anxius vrget,
C um te proſequitur venia Deus, & tibi blandum
I pſe capit vultum bonus, ergò abſiſte moueri,
Q uando ſuam Hephzibam placito te nomine dicet.
N am Deus ille tuus, cui te ſub fonte ſacrato
V ouiſti ſolam, & caſta pietate dicaſti,
I n te vna lætatur, & in te gaudia captat
P ræ reliquis auidos figens in te bona viſus.
H oc veteres nomen capti dulcedine amabant,
E t tua ſic voluit genitrix Manaſſe vocari:
H oc monita, ô quæ nunc lecto ſocianda iugali
A nte aram indulges votis Catherina pudicis,
E t quæcunq; profeſſa fidem te Chriſte fatetur
E ſſe redemptorem, & paſsim legere agmina terris
O fficio verbi tua ritè oracla ſonantis,
N omine ab hoc monitæ, veſtro ſic credite corde,
C hriſtum in complexus, & veſtra in vota venire
C œleſtem Sponſum, thalamiq; in parte locare,
V os illam Hephzibam, vobis hymenæa parari,
I amq; dediſſe fidem dextris per mutua iunctis,
N ec mora longa ſuper, quin ad ſua regna reducet
I ndigetes, ſuperûm iuxta comitante caterua.
N ec tantùm in verbo, pompiſq; iugalibus olim
H æc ſimulacra ſui Chriſtus proponere amoris,
A c oculis cerni viua ſub imagine gaudet:

Quin

Q uin etiam in Sponſi ſtimulis, caſtoq; mariti
S entiri affectu voluit: Pater ipſe pudicis
P ectoribus quendam propensè accendit amorem,
E t vires addit ſcintillæ, & pinguia circum
N utrimenta olei proprio de flamine ſubdit,
A lterno vt mentes deuinctæ in amore caleſcant
S uauibus æternùm conſenſibus inclinantes.
S ic Euæ magno mentem labefactus amore
F ertur, & ipſe bonis ſeſe excutit omnibus Adam:
S eptem annos tolerat ſoceri faſtidia Iacob
S eruitij vt precium Labanida victor haberet:
I ſaides vitam dubio committere Marti
A ggreſſus, letho ſternit bis mille Philiſtas,
I pſi vt connubio contingat regia coniunx:
T antum amor, & vis dia poteſt haurire laborum.
A tq; aliquis ventos olim perpeſſus & imbres
C arpit iter, curſuq; diem, noctemq; fatigat,
V rget enim conceptus amor, non aura procellis
F œta, domi cohibere poteſt, non ſolibus æſtas,
V incit iter durum dilectæ cura Puellæ:
V t videt hanc, vt amat, ſtimuliſq; agitatus & igni
P roſequitur cura, & vultu lætatus amico
D at geſtus benè compoſitos, & carmina cantat.
N on aliter curam pro nobis concipit ardens
I lle Deo genitus, quos per ſua funera vitæ
R eſtituit, miſeramq; ſuo de vertice maſſam
S uſpenſam fouet, & ſinit alma luce potiri

S ecuram ſcelerum, atq; necis, ſtygijq; Tyranni.
Q uin ſub connubijs manifeſta in luce videtur
G loria diues opum, quas magno in munere dotis
R ex ſuperûm proprias dabit, & ditabit Olympo
T errigenam Sponſam, quæ nunc Eccleſia fertur.
S ponſa viri famæ conſors, hæreſq; bonorum,
V na eademq; caro ſocia de carne mariti,
S ub ſe cuncta tenet, quia nunc eſt altera ab illo:
I dem honor et Chriſti ſponſam manet æthere in alto,
Q uam ſub priuigno parcam nunc degere vitam
F ama refert, & ſpe ſaltem, promiſſáq; dona
O btinet, exceptis quæ ſpiritus excitat intus
Æ therijs cumulans opibus, luxuq; decoro:
A t poſtquàm multa Sponſus cum luce redibit
A ligerûm ſeptus turba, ſuperûmq; beatis
C iuibus incedens cœli per lucida templa:
T um demum admiſſa optato potietur honore
D ulcia connubia, & dignos celebrans hymenæos
V na caro Chriſti de carne, atq; oſsibus ijſdem,
Q ualis nulla vnquâm viſa eſt ſe pompa moueri,
R omanus Cæſar quanquàm & Rex Pannonis oræ
S ponſam in connubijs cœtu duxère frequenti
P rimatis magni ad thalamum, quà clara Vienna
V itiferos colles, amnemq; binominis Iſtri
P roſpicit, & ſummas ſtat condita turris ad auras.
Q uod ſupereſt porrò, Deus ipſo in pectore Spõſæ
E xempla

E xemplo iubet eſſe fidem, & probitatis amorem,
V t Chriſto iurata ſuos Eccleſia ſoli
P ræſtet amans cultus, atq; vltrò in grata feratur
O fficia, & vetitas non victa libidine turpi
C oncipiat flammas, qualis Babylonia pellex
T ercentum tonat ore Deos, quosq; impia viuos
D emiſit letho, nunc caſſos lumine adorat,
S ignaq; transformans in Numina, triſtia cultu
S ancit ſacra Deûm, mediaſq; elata per vrbes
G eſtat, & his Chriſti diuinum poſcit honorem:
D ij prohibete nefas, atq; execrabile ſacrum
V ertite in æde ſacra, quod Chriſto debita vota,
Q uod Chriſti nomen falſa ſub imagine raptat.
S ed tu nate Dei qui caſti fœdus amoris
I nſtituens nemore in ſacro, & felicibus aruis
P ronubus Adamum dederas conſorte potiri
Q uam tua ſancta manus condebat imagine pulcra
C oniugis exertam latere, & præcordibus imis:
S it ius coniugio, ſit honos regionibus hiſce
T e duce, nec fœdi incæſtent tua ſacra Luperci
V ertice queis medio tonſa coma preſſa corona eſt:
T u populos tege pace pios, tu ſponſor & obſes
C oniugibus caſtis adſis pede Chriſte ſecundo.

IN NATALIA DO-MINI.

OMne adeò genus in terris, & quicquid vbiq; eſt
G entis Chriſticolæ magnũ quæ ſparſa per orbẽ,
A ccinctiq; chori ſuperûm, qui Numinis alti
S emper inexpleto intuitu paſcuntur Olympo,
A ſsiduas hodie pertexunt carmine grates,
E t cœli reboant laqueata, aurataq; templa
L aude Dei, qui res lapſi miſeratus Adami
N atum virgineo venturum ſemine in auras
P romiſit, miſeris opifer qui gentibus eſſet,
H oc equidem occaſum mundi, triſteſq; ruinas
S olatus, tandemq; exacto temporis orbe
E xhibuit noſtra luſtrantem in imagine terras,
N os ſibi mirando ſocians hoc fœdere Nati,
F œdere, quo Superi ſtupuerunt mentibus, & quo
G auderent cum gente hominum, quia gratia rurſus
A ntè Deum conſtet mundo & mortalibus ægris,
D um veniæ medium ſe offert, maſſamq; caducam
I nduit, vt mortale genus ſeruetur in ipſo
V nitum æterno conſanguinitatis amore.
E rgo agite ô iuuenes vt tanta ad gaudia rerum
A dmiſsi, diuina animis ſolatia noſtris
A ptemus: iuuat Iſacidæ recludere votum,
E t noſtræ fidei vatum monumenta priorum
C onferre, & dictis antiqua recludere ſacra.
N amq; eadem ratio doctrinæ eſt omnibus æui

T emporibus

T empòribus, pariterq́ eadem ſunt voce profeſſi
C um proauis vates, longoq́ ex ordine reges
S acrifici: ſi non fiducia nixa fuiſſet
S emen in exhibitum nobis: patribuſq́ futurum,
C ætera pars concors, perfectaq́ in ordine ſummo eſt.
A tq́ hæc vt certis poßimus diſcere ſignis
I ncipiam: Fractus morbis, æuoq́ grauatus
I ſacides, dum iam caligant lumina morte
V icina, & tenebris nigreſcunt omnia circùm
L anguenti, tamen ille animi cum lumine claro
A gnouit te Nate Dei, te cuius & olim
L uxato femore exires productus in auras:
A gnouit natale ſolum, caſtamq́ parentem,
A tq́ adeò tempus, lethumq́ inſigne futurum,
E t regni ingentis vires in munere verbi.
N amq́ fidem Chriſti in meritum, nomenq́ tenebat,
C ui quondam in lucta connixus corpore, & hærens,
D iſiecit latus, alituum qui maximus ales
P er varios caſus, & tot diſcrimina vitæ
E ripuit pulſum patria, in ſolidoq́ locauit:
Q ui ſcala aſſurgens gradibus, qua flammea turba
A ſcenſu ſuperat ſummi faſtigia cœli:
Q uiq́ vteri fœtus generoſo ex ſtemmate Iudæ
H oſpes Ephratæis ſub mœnibus iret in auras
N epte ſua eductus, iuncti ſine coniugis vſu,
T unc vbi res Solymæ Romanus Cæſar habebit,
E t regno exciderit Iudæ maleſida propago.

D eniq; morte obita, fuſoq; in morte cruore
E xpendet mundi ſcelus, & ditione paterna
A ccipiet populos, ſiue hi de ſanguine Semi,
S iue genus pulcri numerent à ſtirpe Iapheti.
E t mundum ad leges, & patria iura vocabit
A gmina conſcribens vocali in munere verbi
S pontè ſua quæ ſe ſanctis addicta tenebunt
I mperijs huius, regem, autoremq; ſalutis
A ccipient venerati animis, huiuſq; cruore
I ncedent comti, & veniam pro crimine habebunt
P ropterea, & rurſus data inibunt limina lucis,
Q uæſitor cum iam ſupremo munere functus
I nſtiterit terris manifeſto in corpore Chriſtus,
Q ualis erat terris abiens, maneſq; ſepultos
E xcibit tumulis, vitaſq; & crimina diſcet.
H æc genitor natis fatorum arcana reliquit
O bſcuris vera inuoluens oracula verbis
D um Iudæ imperium magnũ, & ſacra munia mãdat,
H æc eadem Iſacus pater vt ſibi tradidit olim.
E rgò & proſequitur votis, & fauſta precatus
L uſtrauit natos, dixitq; nouiſſima verba
F ata canens: O natorum flos inclyte Iuda,
E n fauſtis nate auſpicijs regni ardua frena
A rbiter excipies ſummus, præſulq; ſacrorum
M aximus extendes ad cœli ſydera nomen.
V erùm vbi ſceptra Deus, regnũq; à ſtirpe Dauidis
T ransferet, & pulcra Romanus origine Cæſar

E xcipiet gentem, Syriamq́ profectus Idume
S eruitio premet, ac Solymæ dominabitur vrbi
I ura, magiſtratusq́ abolens, ſanctumq́ ſenatum:
T unc demum caſta naſcetur virgine SILOH,
A tq́ opifer rebus veniet promiſſus egenis,
Q uo duce ſi qua premunt nos actæ crimina vitæ
I rrita perpetua ſoluent formidine mentes.
O ccidet & Serpens, & Mors abſorpta triumpho
O ccidet, atq́ Erebi recidet domus eruta fundo.
Q uin & humo tegerem cum coniugis oſſa, notaui
I pſe locum, aërias veniat quà verus in auras
B eniamin, & dextræ patriæ qui filius hæret
M ortali ſine patre ſatus, ſed matris alumnus,
M atris, quæ domui Ieſſææ ſanguine iuncta eſt.
H uic Siloh cognomen erit, quem miſit in orbem
A rcano Pater ipſe ſinu, quò faſcia ventris,
V irginis & fœtus tener, & lita ſanguine maſſa
E ſſet, & hunc noſtræ carnis velaret imago,
S ed ſine labe tamen, ſed caſtæ in virginis aluo,
V iuida obumbrabit cum Numinis aura puellam.
Q uamuis Tharidæ dicatur origine Semen:
L uxatis tamen ille meo ſub corpore lumbis
N aturæ ſortem citrà, officiumq́ virile
V i ſupera Flatus tantùm prodibit in auras
M atre ſatus, caſtæ quæ virginitatis amorem
I ntemerata colit, tactus ignara mariti:

A t verò hic de patre Deus, de matre pudica
V erus homo, reget imperium ſine militis vſu,
A rmorumq; metu, ſed enim tractabile vulgus
S pontè ſua accipiet leges, vltroq; receptum
F rena pati, & ſanctis diſcet parere lupatis.
I mperium ſine Marte geret, quin aſpera ponent
C orda feri, namq; ipſa volens, faciliſq; ſequetur
T urba, fidemq; dabit verbis: Dux ipſe volentes
P er populos dans iura viam ingredietur Olympo,
Æ ternumq; ſuis ſubmittet legibus agmen
C ollectum de ſtirpe Semi, de ſtirpe Iapheti.
N amq; Aſinæ pariter veteris, quæ legis onuſta eſt
M ole graui, pulliq; iugum non corpore paſſi
T erga premet, gentem quæ ſe non lege tenebat
L egiferæ iungens genti: tum in ſtirpe ligabit
P almitis, & vinctas generoſa in vite tenebit.
N imirum ætherias vires, & palmitis huius
E doctæ agnoſcent numen, ſtabuntq; racemis
D euinctæ, ſacroq; replebunt nectare mentes
S ugentes alimenta, vocabunt hunc quoq; votis.
Q uin & purpureo certantem murice veſtem
S anguineis Bacchi guttis, minioq; rubentem
I nducet membris: liuentia ſanguine membra
A ſpicite, & ſæuo traiectum vulnere pectus.
I t totis cruor è venis, corpuſq; rubeſcit,
C eu cùm purpureas calcauit vinitor vuas,
P erfuſiq; artus ducunt cum veſte colorem

S angui-

S anguineum, & rubris geſtat lita viſcera punctis.
H auſtus at ille fide cruor, & præcordibus ægris
S uppoſitus, ſordes animæ procul oblinet omnes,
P urgabitq; pios, & feſto ornabit amictu
I uſticiæ, noſtram faciens quam fecerat ipſe,
E t propriam fidæ genti dabit, hoc decus illis,
H oc ſolamen erit: Tua ne hæc per vulnera ſeruor
M orte tua viuens? tanta eſt venia hoſtibus ipſis.
V erùm hæc expediet vocali in munere Verbi
Q uod mens aure capit, fidoq; in pectore voluit,
N ec leuiter curat, nulla ratione, nec vllo
I ntenta in ſtudio, ceu bruta ſine ordine rerum,
E t nulla ratione ruunt: Pater ipſe ſalutis
H anc vnam eſſe viam voluit, qua ritè docentes
S anguine luſtrarent populos, tigniſq; leuatum
V ulgarent Chriſtum, dehinc dona in ſanguine parta
O fferrent animis, verbo, ſigniſq; ſacratis.
C hriſto quippe datum eſt ſoli, luſtrare ſuperno
I gni animas, penituſq; ſacrum demittere flamen,
Q uod verbi officio credentum in pectora ſpargit.
H æc quondã Iſacides vitæ iam in ſorte ſuprema
H aud Chriſti ignarus, venturiq; inſcius æui
E didit, & natis poſt ſe memoranda reliquit.
H æc eadem canimus, Chriſtoq; nouamus honores
S olenni iam in luce pij, ſummoq; parenti
P ro nato exhibito, doniſq; ingentibus orbi
C um nato exhibitis, pro religione, fideq;

T àm certa, & veterum fundata in carmine vatum,
E t pro tot meritis lapſo quæ præſtitit anno
B ella procul, peſtemq́ fugans, caſta ocia Muſis
C onſeruans, ſua cuiq́ domi cumulanſq́ tegenſq́,
V oce pia, & voci coniunćto pećtore grates
S eruati ferimus, diuinaq́ iura docentes
Q uo decet, & fas eſt digno veneremur honore:
T eſtatiq́ fidem fastis, pro munere magno
M unera parua damus, pro vt cuiq́ eſt copia rerum,
E t vitæ auxilium ſacra deponimus ARA.

IN FERIIS NATALITIIS CHRISTI.

Q Vantus amor noſtri eſt, quãta indulgẽtia Patris
Æ therei, cum ſpontè vices miſeratus acerbas
V nigenam natum terris donarit habendum,
Q ui res humanas triſti iam vrgente ruina
C omponat medius, per eum quò gratia facta
C onſtaret rurſum antè Deum mortalibus ægris,
A mplius & terris iraſci deſinat æther.
Q uandoquidem foret illa Dei indubitata voluntas,
V t cuicunq́ fides in eo eſt, imperditus eſſet,
A tq́ vnà imperium teneat, vitaq́ fruatur.
I lle vt res hominũ in melius cum morte referret,
E riperetq́ iugo, Deus æthere miſſus ab alto

M orta-

M ortales auras hauſit de virgine caſta,
Q ui natus Summi ſuperûm cognomine fertur:
G loriaq; ipſius manifeſto in numine viſa eſt,
G loria, qua ſola fruitur Patre natus ab alto
Q uem non principium, quem nulla extrema fatigāt.
  E rgò ille in cunis infans ſine diuite cultu,
P ro molli pluma, pro texti velleris vſu
M olle caput fultus ſtipula, atq; arentibus herbis,
N atura Deus ille, Deus de numine Patris,
N atura manifeſtus homo de ſanguine matris
E ditus in lucem noſtris habitauit in oris.
T eſtes aligeræ legiones per loca campi
L ætitia cumulant magna qui in ſaltibus illis
P aſtores ſeptis tenerum pecus includebant.
I lli vt erant moniti, puerum in præſepe iacentem
I nueniunt brutum iuxta pecus, inq; volutum
F aſciolis: neq; enim temerè eueniſſe putandum eſt,
A gnoſcant ſed enim non caſſam corpore formam
A ſſumſiſſe Deum, ſpeciemq; effingere inanem:
S ed ſtirpem humanam, ſtirpiq; per omnia noſtræ
P erſimilem, præter labem quæ in corpore noſtro eſt.
T amq; hærent ambæ inter ſe compagibus arctis,
V t nunquàm humanam ſtirpem ſtirps dia relinquat,
A dſumtamue ſemel diuino abſumat ab igni
  A tq; vbi iam lucem bis quarta reduxerat Eôs,
T unc puero generis ſignum, de more vetuſto
I mprimitur qua parte viri ſumus, & pia primum

G utta

G utta cadens pelle inciſa ſacram imbuit aram,
A ſſumtaq́ dedit carnis libamina prima
V nus qui noxam pro nobis ſanguine ſoluat.
I nuenti tamen hunc contrà qui ſpargere voces
H aud veriti, & ſæuire animis, & tendere contrà
L uce palàm, & tenebris, qua ſe res cunq́ dedêre.
P ars qui ſe Chriſto ſunt auſi opponere apertis
I ndicijs, magnoq́ furore intendere litem.
I lli hominis ſtirpem in Chriſto, Numenúe negârunt
A ut homini aduerſa, aut diuo documenta profeſſi.
P ars & in obſcuro pugnant, quæ maxima turba eſt,
A mplexa iſtorum penitus fundamina, quanquàm
(H eu Vatum ignaræ mentes) non vlla videri
S enſa fouere volunt vlli contraria ſtirpi.
S E D quia de Chriſti perſona ex indice aperto
C œleſtis verbi cenſuram ſumere oportet:
N on equidem, non vana putant ſe fingere inani
A uſpicio, at certo nixos inſiſtere verbo
C lamore ingeminant magno, inflatiq́ feruntur
P er medios impunè viros, & lumina vulgi
P ræſtringunt, & vera animis ſolatia tollunt.
Q uare agite ô iuuenes ne vos malus auferat error,
I ncautiſuè animis varium & mutabile ſemper
C ommentum irrepat falſa ſub imagine veri:
D iſcendum quæ ſit via recta inquirere verum,
E t quo ſit ſcriptura modo tractanda videndum eſt.
S cilicet ad Fidei rationem tradita, quæq́

E xige-

E xigere, & ſanctos fas eſt cognoſcere fontes,
N e fors impingant fidei in fundamine dicta.
Q uiq; aperte dictis quid dia volumina narrent,
N on ille in medium Fidei pugnantia ſenſa
P roferat, aut quicquam perſuaſu captus inani
A ſſerat, vt pulcris videatur floribus auſtros,
D octrinæ & liquidis immittere fontibus Apros.
A t Fidei ratio, ſcripturæ exiſtit in ipſo
C onſenſu liquido, quem mens quæ prædita rectè eſt
C onferre inter ſe, & ſenſu diſcernere debet
I udicij normis Verbi de lumine ſumtis.
E t facilè eſt, quoniam ſuperant in pectore noſtro
N otitiæ quæ cuncta valent diſcernere mente
C ùm ſacer irradiat præcordia credula Flatus.
S i nulla eſt homini certa & firmata facultas
Iudicij, neq; erunt ſuper vllæ in mentibus vllis
N otitiæ: nec erunt vlli quos poſſe putandum eſt
N uminis afflatus dios diſtinguere vanis,
R imariq; acie ſcripturæ oracula, & angues
P rudenti cautos imitari indagine mentis,
D ictorum capti diuerſa vt imagine ſæpè
C onſulimus verbi conſenſum ex ordine longo,
I n dubio & petimus reſponſa ambage retecta.
E rgo adhibenda illis qui cœlica verba recludũt
C ura ſagax, Fidei conſenſum ex fontibus ipſis
Q uærendi, ſi multa manu noctesq; diesq;
E voluunt monumenta virûm, ſecumq; volutant

A uto-

Autores operum variorum, artiſq; repoſtæ.
Namq; miniſterio linguarum, artiſq; ſagacis
Expers, heu nunquam meditando extuderit illum:
Qualia multa ſacris ſunt monſtra inuecta libellis
Barbarie dominante locis, malus abſtulit error
Omnia, & in peius doctrinæ ſenſa retorſit.
Nec ſub mente Dei benè conſentire putandũ eſt
Si qua ſuo pugnat diſcors ſententia verbo:
Et non conueniunt diuino in pectore, quæ non
Conuenêre prius diuino accommoda verbo.
Quæq; ego ſcripturæ certo fundamine nixus
Inter ſe aduerſis luctari iudico formis,
Hæc pugnant damnata Deo ſub crimine falſi.
Nam duo cùm pugnant inter ſe dicta viciſſim,
Ex illis vnum mendax, falſumq; repertum eſt.
Ergò operæprecium eſt ſolerti intendere ſenſu
Omne vt commentum fugias cane peius & angue
Quodcunq; in verbo contraria ſenſa relinquit.
Sed fugite ô iuuenes Corybantum inſana reperta
Hei malè qui noſtro ſunt tempore ſacra profeſſi
Numine contacti læuo, furijſq; ſuperbis
Proſcribunt, tanquàm ſectantes ſcita ſophorum
Omnia qui cupimus fidei ratione probari.
Hinc coniuratos aulis colludere fratres
Cernimus incauto figmenta obtrudere vulgo
Infandùm ſua, & è tenebris iam in luce receptam
Diſsimulare fidem: Sequimur tua ſcripta Melanthon

Optime,

O ptime, indicioq́; tua paremus ouantes.
N e quæſo, ne tanta animis præſumite bella,
N ec pietatis opus magnatûm inflectite ad auram.
S ic antè Heroden nitida cum veſte puella
E xercet blandita choros, dux fœmina facti
C ùm caput innocuum vatis ceruice reuulſum eſt,
C aſtigabat enim dictis ſcelera impia regis.
S ed nos ô iuuenes ſtudium queîs vera tueri
I udicij normam non ductam è fonte Sophorum
S umimus: ex verbi patefacto hæc lumine nata eſt.
V erùm hac ex verbo poſita, certè vnus & idem eſt
P roceſſus rationis, & inſtrumenta petuntur
Æ què eadem, dubia quæ in re mens noſtra requirit
C um ſub iudicium reuocare negotia ſueuit,
R eſq́; alias extra præcepta ſalubria verbi.
S ed Deus eſt qui noſtra regit ſtudia atq́; labores,
E t Sophiæ ingenuas artes in gente piorum
I lluſtrans ſeruire iubet tibi Chriſte, tuiſq́;.
P ro quibus, vt dignū eſt meritas perſoluere grates,
N unc memores canimus tua dona, patremq́; rogamus
I lle tuas propter laudes, & propter honorem
E gregias animas & veri & pacis amantes
Æ ternùm auxilio foueat, ſtudijſq́; ſecundum
A nnuat euentum: Spes tu tantùm vna ſalutis,
T u requies miſeris, decus, imperiumq́; parentis
T e penes, in te vno fiducia noſtra reclinat.

C umq́; per hos mẽſes, ſancto ceu more receptũ eſt,
P rofectum in ſtudijs deceat cognoſcere vulgò:
N unc quia defuncto ſtudiorum præſide vero
(Q uem non ingenio, quem non pietatis egentem
A bſtulit atra dies, mœrore vt fractus acerbo
I mpendere orbi præſentia fata videret,
A tq; altè vera pro religione doleret :)
S ubſtituor vacuæ ſedi, quicunq; ſubire
C enſuram cupiunt noſtram, vel ferre parati
D octrinæ ſpecimen fuerint: ſua nomina nobis
R itè ferant, meritæq; expectent præmia palmæ.

DE CIRCVMCI-SIONE.

P Rincipiò nouus exactis dum menſibus annus
I ncipit, & dono diuûm hæc quoq; tẽpora viui
A ttigimus, tot fata inter duriſſima rerum,
T ot ſcelerum facies inter, dum pectore mæſto
S entimus mala noſtra domi, peregrina dolemus,
Q uæ nunc, quæ toto miſcet Mars impius orbe :
D ij faciant, lætum nouus annus vt exerat ortum
Q ui puero naſcente nouo mortalibus ægris
A ffulſit primùm, nec longum tempus, & orbi.
D eſuper æterno tandem ingredietur honore,
O mnia cũ noua erũt Chriſto duce, et auſpice Chriſto,

Q ui noua morte ſua reparauit ſecula vitæ,
E t noua progenies cœlo demiſſus ab alto eſt.
H ei nihil huic veteri fas quenquam fidere ſeclo,
Q uippe vbi fas verſũ eſt, vbi tot bella horrida bella,
T ot ſcelerum atq; mali facies, non artibus vllus
D ignus honos, ſquallent neglectæ in puluere Muſæ,
S tultitiam patiuntur opes, ſua cuiq; voluptas
F it Deus, atq; viam factis violentia quærit.
S ed quid ego hæc autẽ nequicquã ingrata reuoluo?
F as etiam tolerare bonos quæ publica ſors eſt,
I llic præmia erunt, hîc ſunt odia, atq; labores.
H inc ergo à lacrymis conuerſi ad vota feramur,
L uce bona bona verba ſonent, ſanctumq; trahamus
S anctas per voces tempus: iuuat ardua ſacra
T entare, & feſti cauſſas aperire dici.
T u Flamen cœleſte refer, quæ cauſa ſubegit
Chriſtum etiam arcana membrorum in parte recidi,
T u nomen pueri, & rationem nominis ede
A ntè ſacro puero impoſuit quod præpes Olympi
Q uàm virgo ædiderat conceptum in lumina vitæ.
A ttulerat Patribus tandẽ exoptantibus ætas
A uxilium, aduentumq; Dei, quem rector Olympi
D eſuper exitio Serpenti, & triſtibus vmbris
V ouerat, vt noſtræ collectus in ora figuræ
F erret opem mundo: ſed enim reuoluta ruebat
O ctaua iam luce dies, cum murice acuto
P ellibus in morem ſciſſis genitalia circum

S ignum impreſſerunt generis, nomenq́; dederunt.
S acrorum hunc morẽ ſeruari in gentibus Abræ
S ancierat genitor, mas omnis vt æditus auris
C um ſilice incisus genitali in parte notetur,
H ocq́; habeat monumentum ipſi, pignuſq́; ſalutis.
H unc olim gentes rerum cœleſtium inanes
R itum exponebant riſu, quòd cædere acuto
C rimina tentarent ſaxo: quin ciuibus ipſis
A ſper, & in nullo viſus diſcrimine ritus,
O ffenſæ plenus: Sed enim quia Numine ab alto
S tant fixi ritus, non ſunt ſine numine ritus.
E t mos ille quidem ſignum cœleſtis amoris,
E t pacti nota certa fuit, pignuſq́; ſalubre
I uſticiæ Fidei, qua verbo oblata ſonanti
P romiſſa accipimus, diuinaq́; munera Chriſti
Q uiſq́; ſuæ aſſerimus menti, penituſq́; fouemus
P ropria, teſtati ritu nos fidere verbo.
H oc quondam infantes firmantur pignoris vſu
Q uòd ſint conſortes cœli, cœliq́; bonorum.
Q uin etiam hoc ſigno docuit Pater omine aperto
V erſa in deterius generis primordia noſtri:
Q uotquot enim nati vitales carpimus auras,
I n lue concepti cœleſtûm attraximus iras,
C orrupta de carne caro, de ſanguine ſanguis
M orte recidendus, ne pars ſincera trahatur.
R itus item fuerat promiſsi Seminis index
D e quo tunc ſoliti Patres ſermonibus vti.

Et

Et velut hanc partem truncant, ita iure mariti
Nullius, aërias naſci debebat in auras.
Deinde per hoc ſemen naturæ perdita noſtræ
Viſcera in integrum rurſus referenda docebant,
Cum petra inciſi, (petram te Chriſte vocamus)
Corruptam hanc letho carnem damus, & noua maſſa
Ex vnda, & Flatu generamur denuò ad auras.
Sic & more pari memores tua vulnera Chriſte
Seruati canimus, cum ſacri fragmina cruſti
Mandimus, inq́ fide tecum conſortia inimus
Corporis, vt nobis olim monumenta relinquens
Fida tui, ſacra libaſti corpus in ara
Ipſe tuum, nec nos fallax ludebat imago.
At verò vt natum claro ſe ſemine Abrahæ
Proderet, & membrum conſanguinitate propinquũ
Iudæo populo, tandemq́ impleret vt omnis
Iuſticiæ partes, penituſq́ aboleret in orbe
Quem Solymis ſaltem ritum mandârat habendum:
Iam tum paſſus erat Patrum ſe more recidi.
Nec lex vlterius quenquam tenet, ædita nobis
Signa noui pacti renouato in fœdere conſtant.
Exin perfectis diuinis rebus, & ipſum
Appellant puerum diuino nomine IESVM,
Non caſu, ſed ſic voluit Pater altus Olympo
Aligerum iuuenem pueri recludere nomen.
Ex re nomen erat, namq́ ipſe ſalutifer orbi
Adueniet, populoſq́ ſuos à labe reducet

V erus homo, veruſq́; Deus: nam dictus IESVS
C ompoſitum nomen gemino de ſtemmate ſeruat.
H ic patribus promiſſa ſalus, vt imagine carnis
A dparens mundo commiſſa piacula ſoluat,
Q uæ propter iuſtis odijs Deus arſit, & omnem
E xcuſsit noſtri penitus de pectore amorem.
E x illo qui nos caſus, quæ fata ſequantur
Q uiſq́; videt, quantos patiatur mille labores,
Q uot ſcelerum pœnas expendat corpore in iſto
T ranſcriptus flammis Erebi ſub nocte profunda,
Q uantum nemo vſquàm potuit ſuperare laborum,
N ec quiſquam miſeras hominum res morte leuare,
N i ſe hic in medio daret, & componere fœdus
A uſus erat, tegeretq́; ſcelus, rurſuſq́; referret
S anguine Iuſticiam, factis dum ingentibus implet
S pontè ſua leges Patris, & pœnam inſuper haurit
M ox duræ ſortis patiens iuuenilibus annis,
P rodigus & vitæ tandem, ſanctiq́; cruoris.
H æc qui ſcire cupit iuuenes, & deniq́; ſacros
S cripturæ fontes penitus recludere dictis:
M ulta tulit, didicitq́; puer, paſsimq́; ſagaci
I udicio euoluit veterum diuina reperta.
E rgò agite, & qui iam cenſuræ credere noſtræ
S eq́; ſuumq́; volunt ſtudium, ſua nomina nobis
M ore ferant ſolito, non his ſtudioſa voluntas,
N on promti ratio officij, nec cura iuuandi
V nquàm aberit, doctoſq́; viros ſua palma ſequetur.

IN DIE VISITATIO-
NIS MARIÆ.

VT quondam teneris ouium qui fœtibus auctus
Quos mater ſilice in nuda connixa reliquit,
Cum primùm è longo per luſtra virētia paſtor
B alatum accepit, feruens tum accurrit, & agnum
I pſe humeris ſubit, aut gremio, mirabile viſu,
I nſertat de more, & campis geſtat apertis:
S ic pater ille deûm tàm cæco in turbine rerum,
F ataleſq́; inter pœnas, regumq́; ruinas
P ræcipites, dum penè ſalus abſumta, neq́; vſquam
A pparet ſpes vlla: tamen ſua ſacra profeſſos,
D iſcentumq́; gregem ceruici imponit, & vlnis
G eſtat ouans, ſanctaq́; fouet præcordia flamma,
N e qua inter ceptas operas in numine Chriſti
Hoſtilis rabies abſumat, & agmina turbet.
E t niſi vis ſuperûm obſiſtat crudelibus auſis,
D um mouet hinc Getes, illinc Moſcouia bellum,
C onciliumq́; parat Romanus cogere Aſylas,
E t toties ſancto fallentes nomine fratrum
I niuſtam intendunt litem mira arte Sophiſtæ:
Q uippe ferant rapidi ſecum, ſpargantq́; per auras
E xiguum, imbellem cœtum, qui Chriſte ſequuntur
S igna tua, & verbum verſi ad meliora fatentur.
E t tamen hic paruus contra magna omnia mundi
O bnixus ſtetit, atq́; extrema per omnia vitam
D uxit, eo ducente polum qui regnat & orbem.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

A ſpice qualis erat, quamq́; illo ignobilis æuo,
C ùm pater intactæ conceptum virginis aluo
P romiſſum exhibuit natum, qui morte referret
R es hominum in melius quas olim amiſerat Adam.
P auci quippe boni ſancta in ſtatione manebant,
C um conſorte thori templi qui munus obibat
S acharias æui maturus, & innuba mater,
C reditus & vulgò conſors, atq; Anna futuri
C onſcia, paſtoresq́; alij, & ſine nomine vulgus:
C um Galilæa premens Herodes arua teneret
I nterea, Solymaq́; ſederet in vrbe Pilatus,
P ontificumq́; cohors ſub relligionis auitæ
P rætextu tunc iura darent, cultuſq́; ſacrorum
I actarent ſoli, & ſoli ditione tenerent
T empla, domoſq́; Dei: nec longum tempus, & ipſum
S achariam, quia voce palàm de virgine natum
I pſe fatebatur regem, autoremq́; ſalutis,
C làm ferro incautum ſuperant, truncantq́; per aras.
Q uid memorē, Solymam cum cœlica iuſſa per oram
V ulgaret fama, Nili dux ecce ſuperbo
I mperio, & ſæuis Lamyrus circumdatus armis
F ortè pedem bello referens, Galilæa per arua
S igna tulit, latoſq́; obſedit milite campos,
E t ter dena virûm demiſit millia letho
P er fora, perq́; vias, prohibet nec ſaxeus hoſtes
A gger murorum, ſed inundant ſanguine foſſæ.
M ortua quin etiam præbebat corpora viuis

T ormen-

T ormenti genus, & captos conuertere morſus
I n conſanguineos penuria adegit edendi,
C um ſecti in partes ſanie, taboq́; fluebant:
C arceribus clauſos longa ſic morte necabat.
N ec ſatis hoc, ne quid tanto in diſcrimine abeſſet,
H erodes Syrias exhauſit ciuibus vrbes
I n ſua crudeli conuerſus viſcera dextra.
H inc Parthus premit, et Solymã circumſonat armis,
E t gens illa quidem ſæuis aſſueta rapinis:
'H inc Syrus, atq; niger ſeptemplicis accola Nili
P rædam exercebant ferro, cædemq́; parabant.
S æpè puer caros fratres, iuxtaq́; parentes
A lterum in alterius mactatos ſanguine vidit.
S æpè ferox miles natos ante ora parentum
P erculit, effractoq́; infecit tela cerebro.
H os inter motus, atq; hæc diſcrimina rerum,
A biades vates cum ſtirpe & gente propinqua,
E t quicunq́; fidem promiſſo in ſemine habebant,
S eruati à furijs regum, euaſere ruinis,
E t pacem orabant ſuperos, finemq́; malorum.
N unc ô nunc dubijs etiam ne defice rebus
N ate Dei, atq; aliquos ſerua tua ritè profeſſos
V erba, viamq́; doce quò te non more nefando,
N on pecudum fibris, ſed mente fideq́; colamus.
T empore in hoc qui nos caſus, qui bella ſequantur
C hriſte vides, ſine relliquias ſupereſſe, nec omnia
E uerti penitus doctrinæ ſemina puræ,

C um quibus æternum terris tibi colligis agmen,
C ui mentis bona ſumma tuæ largiris Olympo,
E t tecum hæredem regni facis eſſe paterni.
A t prohibes, noſtras ne turpis inertia mentes
O fficij immemores frangat, ſoluatq́; veterno:
E t tua vis noſtris penitus ſeſe ingerit auſis
C ùm iuſſum exequimur vigili in ſtatione laborem
P ro ſe quiſq́; viri, ſtudijſq́; operamur honeſtis.
V tq́; propagari totum doctrina per orbem
P oßit, & inſtitui mentes in munere verbi,
L inguarumq́; modis, verbi quarum indiget vſus:
N unc ad cenſuram ſolito de more vocamus,
A rtis & ingenij ſpecimen qui ferre parati
E ſtis, & à ſtudijs aliquam deducere laudem.
Q uicquid in arte mea poſſum promittere curæ,
O mne meum ſtudium veſtrum eſt, abſiſtite tantùm
O fficio indubitare meo: ſic ſpiritus adſit
C œlicus, & noſtras confirmet numine mentes
V t noſter tibi Chriſte labor, tibi ſeruiat vni.

IN FESTO MICHAE-LIS ARCHAN-GELI.

S I quis in ornatis traducere moribus æuum
N on veritus, factis turbauit cõmoda vitæ:
I am frenum ſceleri inijciat, caſtiſq́; dicatam
Spiriti-

S piritibus lucem fœdis ne polluat auſis.
N on facilè eſt aliquem polluta viuere mente,
R ecrudeſcit enim vulnus, viuitq; ſub alto
P ectore,nec ſceleri requies datur vlla patrato.
E rgò agite, & ſi ſpem vetitis habuiſtis in auſis,
P onite : in autorem facinus plerunq; redundat,
N ec veſtris arcete animis, animiſuè piorum
S piramen turbate ſacrum, penituſq; fugate
C uſtodes hominum caſtos, ſtatuſq; miniſtros.
N am bonitas celebranda Dei, quòd pura creauit
A gmina in excubias hominum, famuloſq; piorum
E ſſe dedit lateri adiunctos, qui publica vitæ
C ommoda, priuatimq; tegant ſua munera cuiq;,
A uxilioq; leuent, & victis robora præſtent.
E t par ipſe Deo MICHAEL, qui miſſus Olympo
C onſilij interpres magni, iam in vota vocandus
D octrinæ vt ſedes aliquas, atq; hoſpita tecta
M uniat Alituum auxilio, cuſtodia qualis
F lammanti vallo doctam protexerat vrbem
D iſcentem præcepta Dei, vateſq; fouentem :
S ic noſtras penitus res, atq; obnoxia multis
C orpora noſtra malis, & ſalua atq; integra ſeruet,
V imq;, doloſq; premat quos paſſim immunda malorũ
A gmina ſpirituum miſcent, lethumq; minantur.
O mnibus vnum olim genus, at non omnibus vnus
M anſit amor recti, quos vt ſemel agmine facto
D efeciſſe videt, animiſq; inſurgere Chriſto,

 Tum

T um pater omnipotens immani turbine adegit
P ræcipites cœlo, fundoq́ excepit in imo
T artareus Phlegeton, pœniſq́ ingentibus illic
V rgentur, ſonteſq́ animas in ſæcula torquent.
O mnibus æquè eadem natura, eademq́ creatis
C onditio, ſed quæ ſpacij ſub fine tenetur.
H os genitor finxit nullo de ſemine rerum
C orporeæ expertes molis, ſimul indidit illis
N otitias rerum varias, legiſq́ ſacratæ.
A t reprobi ſeſe nulla cogente ruina
A uertêre Deo, contemto numine Chriſti.
I dcircò abiecti in pœnas, ſine fine furorem
E xercent, odiumq́ Dei, quibus impia facta,
C ædeſq́ inſidiæq́, & noxia crimina cordi.
A tq́ odio ſtimulante Dei, tot dura per orbem
I mperia exercent, alijſq́ in triſtia facta
D ant animos, feruent cædes, & prona libido,
B laſphemuſq́ furor, mendaciaq́ impia linguæ.
N ecquicquam factis è talibus emolumenti
A ccipiunt ipſi, ſed enim furor improbus vrget
A fficere ingenti probro Natumq́, Patremq́:
N ec fatis, iuſſiue Dei, ſed crimina tanta
P ermiſſu exercent, quàm latè his terminus hæret.
A t contrà mansêre boni quo fine crearat
H os genitor, iuſſis ſubiecti, & obire parati
O bſequia, immotæ ſeruantes fœdera pacis.
E ſt illis curæ pudor, & ſententia verax.

E rgò

E rgò bono addictos æternùm effecit, & ipſis
A ttribuit mentem firmam, ignaramq́; ruinæ,
V t viuant in amore Dei, fatiſq́; moneri
N eſcirent, quibus ipſe Deus ſe lumine largo
C onſpicuum præbet, nec fas diſcedere ab illo.
S ed quamuis longè donis ingentibus aucti
S uprà hominum euecti naturam luce fruantur
P erpetua, & ſummo perfecti fine ferantur:
S tant tamen accincti nobis, & munera præſtant
V ſq; pijs, ſanctaſq́; audent ſubmittere mentes
N obis, quos ſanctos alieno ex munere cenſet
O mnipotens, qui prima bonis exordia tantùm
F ecimus, & quos ipſe Deus de crimine lapſus
R eſtituit, quicunq́; fide te Chriſte præhendunt,
N ec dum perfecto vitæ potiuntur honore.
Q uare agite, & quoniam tali in ſtatione locati
A lituum cœtus, cura, officijſq́; ſequantur
N os mortale genus: certè hoc in turbine rerum
Q uàm ſit opus tutela pijs, manifeſtius exit
Q uàm ſit opus verbis: Quæ ſit fortuna videtis
V ndiq́;, quæ vires Satanæ, quæ bella per orbem.
N e tantum, ne nos ſpoliet cuſtodibus illis
E xorate Deum, crebriſq́; exercita votis
P ectora tàm ſanctos genios in fœdera amoris
A lliciant, ſi ritè Deo ſua munera præſtant,
S i leges ſequitur reuerentia, Si labor ardens
D octrinam, & caſti mores ſi deniq́; vitam.

V tq́, palàm conſtet pro tantis gratia donis
M unere quæ verbi ſpargit vox ſancta docentum:
N unc memores offerte pij pietatis honores
Æ re dato, & largis cumulate altaria donis:
V tq́, Deus noſtris regionibus arceat hoſtes,
C orruptaſq́, auras cœli, morboſq́, famemq́,
P ropellat gens clara poli, gens dedita caſtis
Officijs, moneo, caſtis incumbite votis,
P ræcipuè cùm tot bellorum incendia paßim
C oncutiunt orbem: confeſſaq́, Gallia veram
R itè fidem, multo ſpectacula ſangine cernit.
D ij placidi ſeruate piam, neu vera fatiſcat
R eligio, et mendax ſubeat doctrina Papatus.

PARENTALIA ANNIVERSARIA FACTA PHILIPPO MELANTHONI, ET MARTINO LVTHERO.

Am Sol ingentes ter mille peregerat annos
I O rbis ab exortu, magnoq́, ita crimine mundi
R eligio patrum multos neglecta per annos
C onciderat, vacuæq́, ſuis cultoribus aræ

Stabant

Stabant immemores voti, ingrateq́ſalutis,
Siue dolo, ſeu iam mundi ſic pœna ferebat:
Cùm genitor faciem hanc cœlo miſeratus ab alto,
Nec torpere graui paſſus ſua ſacra veterno,
Magnanimum Heliam cum fido miſit Eliſa
Imperio accitos, qui ſacra immania gentis
Belidæ, arguerent manifeſto numine verbi,
Et populum antiqua ſub relligione tenerent,
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus auſis.
At poſtquã curſum dederant quem fata peregit
Helias, & iam fallax conceſſerat vmbra
Victa die, & fulſit tenebris doctrina fugatis:
Ecce Dei natus, non eſt mora libera terris
Amplius Helia, cœlum eſt quò tendimus, inquit,
Poſceris, & cœlo expectat te currus ouantem,
(Currus erat turbo radijs qui pluribus ignem
Proijcit, & rutilis hinc atq; hinc pingitur auris,)
Hunc preme, & hoc mecũ victor te crede per auras,
Fata vocant, eia, terræq́; homineſq́; valete:
Dixit, & ex oculis claras ſublatus in auras
Heliam curru radiantibus intulit aſtris.
At ſenior, vatem ſacris præfecit Eliſam
Antè polo quàm vectus erat, curamq́; docendi
Impoſuit, ſolum tantis quem rebus habebat
Conſortem, & caſus fuerat complexus in omnes.
Ingemuit cari grauiter genitoris amore
Vt vidit iuuenis, ſimul hæc, Quis credere poſſet

Tantum

T antum diſceſſu mihi te nunc ferre dolorem:
T u regno munimen eras, tu tanta gerebas
Q uanta equitum turmæ, curruſue ad bella parati
P oſſent, & duce te non defenſoribus iſtis
H æc eguit tellus, equitis tu munia fortis,
T u rapidi currus exemplar & inſtar habebas.
Q uicquid & in toto benè geſtum eſt corpore regni,
H actenus Eliæ precibus ſtetit: hei mihi quantum
P ræſidium Syria, & quantum tu perdis Idume.
S ic memorans, vultum lacrymis ac ora rigabat,
A tq; vt diſcedens præceperat optimus illi
H elias, ſi qui lapſus, errórue fuiſſent,
P allia ſuſcipiat, condatq; errata magiſtri,
S uſcipit hæc, humeriſq; aptat nunc alter ab illo.
E rgò ſcolæ, quâ læta patent Bethelidos arua,
E t Iericho fœcunda roſis, & Gilgalis ora,
S orte noua vatem vati ſuccedere gaudent
E gregium, atq; illi chorus aſſurrexerat omnis
V erſantum in ſtudijs, pendentq; docentis ab ore.
A ccinctus vates operi, patienſq; laborum
F ormabat mentes iuuenum, quâ flumine ſacro
I ordanis fœcundat agros, & fortis egentes
M atres, atq; viros paruæ circum antra Sareptæ
O fficij plenus dictiſq; opibuſq; leuabat,
E t regnum ornabat verbo, & præſtantibus auſis.
Q uin etiam gratìs aliena è gente Naëmum
T abe leuat: veniamq; dari iubet hoſtibus ipſis.

M ulta quoq; illuſtri faſtidia paſſus ab aula
S uſtinuit: plenuſq; Deo longè antè canebat
F ataq;, fortunaſq; graues, quibus ordine longo
D ebentur, quicunq; Dei præcepta peroſi
N on finem poſuêre malis: quiq; arma ſecuti
I mpia, nec veriti per amici fallere nomen.
Q uondam etiam inſultant pueri, diuinaq; rident
V erba ſenis, quos ille rudes formauerat antè
A rtibus, & primis dederat præcepta ſub annis:
Q uos ſuper ante Deum ſupplex per vota precatus
E latebris vrſos ridentum in fata ciebat:
I nunc & verbis doctrinam illude ſuperbis.
E rgò vbi bis ſeptem labentia luſtra docendo
E xpleuit genitor, præſtanteſq; inter alumnos
E gregium eduxit vatem quem miſerat Amos:
H ic annis grauis, & ſtudijs iam feſſus Eliſa
A ſſyrium terrorem inter, regniq; labores
C ontracto languore iacet, ſupremaq; Parcæ
F ila legunt, metaſq; dati peruenit ad æui.
H is verò vt Ioæ regi iam nuncius aures
V erberat, egregios humeris rex ſcindit amictus,
E t venit in medios, atq; illic vate repoſto
P rocumbit ſuper, atq; hæret lacrimanſq; gemenſq;
M ultaq; ſe incuſat qui non ſuſpexerit antè
F actaq;, virtutemq; viri, ſanctoſq; labores:
E t quanquàm ſerò agnouit, tamen optima dona
A gnouit tandem: pacemq; & commoda regni

A cceptum

A cceptum Vati tulit, & pro talibus auſis
I pſum etiam patris dignatur nomine, & ipſum
C urrumq́, aurigamq́, vocat, dehinc præmia ſolui
P oſſe negat, guttiſq́, humectat grandibus ora.
I amq́, dies fati inſtabat, fractuſq́, labore
S acra, ſuoſq́, Deo precibus commendat Eliſa,
Q uæq; in promiſſum ſua ſit fiducia ſemen
E docet, immiſcetq́, preces, tum vita per auras
C onceſſit læta ad ſuperos, corpuſq́, reliquit.
H îc verò obijcitur monſtrum, magnoq́, futurum
A ugurio dictis quæ tunc quoq; plurima vates
D e Chriſto ediderat paſſim, vitaq́, futura:
N amq; virum exanimem, nec iam cœleſtibus vllis
D ebentem, in lucem reuocârunt oſſa ſepulti.
H ac celebrata tenus vatum ſit fama priorum.

A t velut antiqui fatorum arcana canebant
A lterum ab Helia manifeſto numine ferri
Q ui Chriſti aduentus anteîret munere primos,
O mnia Thesbitæ ſimilis, vocemq́, animumq́,
E t miras veſtes, & numen habentia verba,
Q ui populos puro luſtrabat rore Ioannes:
S ic quondam à patribus famam accepêre minores,
E ſſe quoq; in fatis vt mundo redditus Enoch,
I unctus & Helias ipſi: ſeu tertius orbi
E ditus Helias fido comitatus Eliſa
S upremum aduentum Chriſti præuerteret olim.

Hos

H os fore prædixit tecta ſub voce Ioannes
Q ui res abſtruſas, & fata canebat operta,
I nſtar oliuarum, vacuas quæ intonſa ſub auras
A ttollant capita, & ſublimi vertice nutent:
H os fore qui claram doctrinæ extollere lucem
C onati, inſidias inuicta mente refutent,
A tq; tot egregias artes, pietatis alumnas,
L inguarumq; vſus varios, in priſtina reddant.
D icta fides ſequitur: natas hoc tempore Oliuas
V idimus ingenti ſatis ſe tollere ſylua
C oncordi ſtudio, paribuſq; inſurgere ramis
A ltera Oliua fuit, mundi iam in fine Lutherus,
H eremijs educta iugis, qua nulla vetuſti
I apeti de gente prior, maiorue ſuborta eſt
I n lucem, nec tàm præſens mortalibus ægris,
E tenebris tantis tàm clarum educere lumen
Q uæ primùm potuit cœleſtia ſacra repurgans.
D iuina ante oculos fœdè cùm verba iacerent
I n terris oppreſſa graui ſub fraude Papatus:
E n Germanus homo dictis obtendere contrà
E ſt auſus, primuſq; ſacris obſiſtere iniquis,
Q uem nec fama Papæ, nec fulmina, nec minitanti
M urmure compreſſit Latium. ſed eò magis acrem
I ncendit virtutem animi, conuellere vt ima
A b radice nigri cuperet ſacraria Ditis
V i ſuperûm, & letho multare Baalis alumnos.
Ergò viuida vis animi peruicit, & auſus

S ublatis aperire dolis cœleſtia verba,
L uſtrati & panis cultum, vetitoſq; Hymenæos
P rimus adoriri, tanquàm duo fulcra Papatus.
P rimus & ille Fidem qua ſola ſidera adimus
Edocuit, ſtabiliq; animi virtute profeſſus
D octrinam, ſtetit obnixus tela omnia contra
I ngenio, vitamq; in aperta pericula miſit.
I lle & vocalis robur venerabile Verbi
E xtulit, & ſacris ſolitus conuincere dictis
Q ui ſua viſa ſolent vanis extollere ſignis,
E t premere auditi vires & pondera verbi:
N amq; illi præ ſe iactant reſponſa Deorum,
E t vano adflatus ſuſpenſi numine captant
D ementes, quos ille omnes ex ordine ponens
C ompreſſit ſcriptis: dehinc ſacra volumina vertit
T eutonico ritu: pacatæq; inſtar oliuæ
I n pacis ſtudijs communi deëſſe ſaluti
N oluit: & quanquàm varia in regione locorum
E xarſere faces belli, furijſq; docentum
M ota loca pax eſt, aliqui dum ſomnia præ ſe
V ana ferunt: non ille tamen, non ille furori
A diecit ſtimulos, nec cauſas attulit armis,
S ed monuit pacem excuſſo componere ferro.
E rgò illa florente Olea, pax floruit olim
A lma ſolo, moriente illa, pax mortua terris
E xceſſit, ſubijt bellum, triſtiſq; repentè
S editio: quòd ſi maiores fata dediſſent

I lli in luce moras, non tot Germanica clades
F erret adhuc, nec tot vidiſſet cædis aceruos,
C ognatasúe manus inimica in prælia ferri,
A lterniſq́; inſtare odijs: ea ſola potentes
F lectere voce duces poterat, ne credere bello,
N eue aciem auderent opponere Cæſaris armis,
T ecta modò, & tutas ſeruarent milite portas,
A rmatiq́; ſuis expectent mœnibus hoſtem.
A tq; ea dum terris diuina negotia ſolus
S uſtinet: en ſocios tantis adiungere rebus
C ura Dei voluit partita ſorte laborum:
T e cui larga fuit dicendi copia Iona,
E t qui ſe veniens Pomerana è gente ferebat,
Q uiq́; Crucis nomen tenuit, dum vita manebat,
E t Rheni in ripis ad paruæ mœnia Brettæ
D ijs genitum heroëm, ſed quo nam nomine dicam
C ui paruos membrorum artus, parua oſſa, lacertoſq́;
I nduit, & paruum finxit natura Philippum,
M axima quanquam illi mens, atq; inuicta ferendo:
Q ui cùm partiri curas, ſuaq́; optima facta
L utherus, ſi quid vellet, tutoq́; locaret,
I am cum circumſtante odio, quos fama Philippi
O bliqua inuidia, ſtimuliſq́; agitabat amaris,
S cindere qui iunctos animis, ſtudijſq́; volebant.
I amq́; ſuos tandem curſus expleret Elias
V ltimus, & fidens animi, fixuſq́; manebat
O mnes per mortes animam dare, quàm tua ſacra

A biurare Deus,, qui ne quid triſte videret
I am ſenior, feſſum ponens caput, vrbe paterna
O ccubat, Et Latio moriens animam abſtulit hoſti.
C orpus at exanimi multo gemitu, lacrimiſq;
V rbem ad Leucoream referunt, atq; aggere buſti
C ompoſito, multo decorarunt mortis honore.
V t ſenior letho canentia lumina ſoluit:
A gnouêre Duces inſignia dona Philippi,
S edatoſq; animi motus: ea cura ſagaces
A dmonuit doctum precibus tentare Philippum
S uccedat, ſeruetq; vices ſtatione Lutheri:
I pſum rem ſtudijs cupiunt decernere, & ipſum
R ectorem iuuenum poſcunt, cui maximus vſus
V erborum, & rerum fato prudentia maior,
N on vt certandi cupidus, ſed propter amorem
C hriſte tui ſcriptis illuſtret commoda vitæ.
H æc erat, hæc iterũ quæ creuit Oliua ſub auras
A ltera, quam gentes variæ reſponſa petebant
I n dubijs, & quæ multos lenire dolentes
S olando potuit, dictiſq; auertere curas:
C uius ſub folijs poſiti, & felicibus vmbris,
S olliciti monſtris animo accepêre quietem.
D igna quidem terris naſci melioribus annis,
N e vita incideret fatis agitata ſiniſtris
T empora: Sed ſi mens multis non læua fuiſſet,
E t monita auerſas poterant demittere in aures:
F ors Germana minus vidiſſet terra malorum.

Sed motus animorum, & ſæua incendia belli
P arte aliqua tandem vt fatis compreſſa quiêrant,
E t ventum ad pacis leges, fœcundaq; fuco
C oncilia : haud vlli quicquam moderabile lingua
C onſulere in medium viſi, nec pendere ſecum
Q uid fortuna ferat populi, qui caſus agat res:
T antùm illi inter ſe vanis de rebus agebant
C ertantes, animoſq; hominum in diuerſa trahebant.
S ed pater intentus ſtudijs quorum indiget vſus,
C onſilia in melius vertit,poſuitq; furentum
C orda, volente Deo, monitiſq; inſtabat amicis
O cia ne rumpant patriæ, ſedataq; paulùm
A rma Ducum, moueant Stygijs emiſſa tenebris:
N e verò, ne me ad vanas impellite rixas.
S ed tandem accepta cùm primùm clade leuari
I nciperent concuſſæ vrbes, formaſq; priores
D iſiectæ ſumſere ſcholæ : tum docta reuerſum eſt
A d monumenta operum, bello quæ rupta iacebant.
S icut apes pinnis non audent tendere paſtum,
N ec legere aërios latices in ſuauibus herbis,
M ateriem mellis, ſæuit dum turbidus aër
I mbribus, atq; diem ex oculis rapuêre procellæ,
S ed clauſæ aluеolis latitant, & triſte ſuſurrant,
O cia neglecto peragentes mœſta labore:
S ic quando inter ſe violatis legibus vrbes
L uctantur bello, ceſſant opera atq; labores,
S preta latet pietas, ſtudijs quoq; gratia rara eſt.

T antum Muſa valet tela inter Martia, quantum
L ibanias dicunt Aquila veniente columbas.
E t quanquàm furiæ obſtabant ingentibus auſis,
N on opere in tanto quicquam leuitate remiſſum eſt.
N ec ſanctas curas, & magna incepta Philippus
D eſerit, aut triſti turbatus tempore differt:
S ed contrà accinctus ſtudijs non ſegniter inſtat,
E t patiens operum, rebuſq; aſſuetus agendis
A ut dictis iuuenes docet, aut dat ſcripta ſub auras,
A uſus & ipſe manu iuuenum cenſere laborem,
E t curas abolere humiles, ſuaq; ardua ſenſa
S ubſtituiſſe loco, fandi numerumq; modumq;
P ræcipere, & ſuaui formare inculta lepore,
V nus qui nobis conuulſo cardine lapſas
R eſtituit linguas, arteſq; in honore locauit
B arbarie pulſa trans Pontum, atq; oſtia Nili.
O mne æuum ſtudijs agitur, nec cana ſenectus
I mminuit vires animi, mutatq; vigorem,
C aniciem vitta tegit, & ſedet ilia circum
S uccinctus tunica, libriq; ante ora repoſti
I ntentum exercent in relligione tuenda,
Q uæ regio, quæ terra tui non plena laboris
S ancte ſenex magnis mundi iam functe periclis,
S ed cœlo meliora manent: tua docta reperta
I ucundo ſuper aſpectu mortalibus aſtant,
E t genium ſpirant: manet, æternumq; manebit
D octrinæ corpus, monumentaq; cætera rerum

Materiem

M ateriem laudis, pietas dum ſtabit, habebunt.
R elligio in templis vt inutilis, inq́ voluta
P erſtreperet, Verbiq́ ignaras paſceret aures
L uſibus : ille dolos tandem, ambageſq́ reſoluit,
E t facilem eſſe viam voluit, primuſq́ per omnes
D octrinæ campos volitans, ſe ſuſtulit acri
P ectore ſupra hominem, ſacras & verſus ad artes
I ntima mente ſua diuûm ad penetralia ceſſit :
Doctrinamq́ vagam latè, neruiſq́ ſolutam
C ontraxit pius, in numerumq́ repentè coëgit
L ucida Theſæo monſtrans compendia filo.
H ic vir, hic eſt qui ſorte ſua in commune laborans
S inceræ pietatis opus mira arte redegit
C orporis in faciem ſolidi, diuinaq́ puræ
S cripta vetuſtatis relegens, erroribus altis
E xpedijt mentes, atq́ execrabile ſacrum
S tans in ſede ſacra, ſibi quod pro Numine cultus
V endicat, exigui cantatus pollinis orbis,
M aieſtate ſua exutum iam fraude retecta
P ontificum, increpuit dictis, veraq́ repleuit
R elligione animos, nodoſq́ & cæca reſoluit
T exta doli, verbis anceps haud ille repertus.
H ic pro confeſſu Fidei, memorabile fama
S ed breue ſcripſit opus, quo non exactius vllum
V indelicis quondam terris coëunte Senatu
Imperij miſſum eſt tibi Carole diue legendum.
I lle in concilio procerum aſſiſtente corona

Q uid teneat fari iuſſus, reſponſa ferebat
O rdine recta ſuo, cauſamq; ante ora potentum
P ro Chriſto, & veræ pietatis nomine dixit
N equicquam accenſus donis, furijsue ſuperbis
T erritus: ille Dei verbis immota tenebat
P ectora, & obnixus Chriſtum ſub mente fouebat.
I lle idem vano doctores ætheris hauſtu
A ttonitos, verbiq; hoſtes: Chriſtiue negantes
N umina: confudit ſcriptis, fraudeſq; reuellit:
T e quem degenerem populari à gente Maronis
M antua in herboſis produxit Stancare ripis:
Q uiq; Boruſsiacas impleſti erroribus oras
N oridos egregia migrans Oſiander ab vrbe:
E t qui fœda tenes maleolentis nomina campi
H orreſco referens, ſpreto qui numine Verbi
E xpectare iubes raptus, atq; æthere ab alto
A ugurijs inhias, Flacij quem monſtra ſequuntur
Effera, Dij tales templis auertite peſtes,
E t placidi ſeruate pios, ne cuncta pererret
S erpentis furiale malum, vertatq; veneno.
P aruus homo, & tantis ô ciues vndiq; preſſus
A duerſantum odijs, tantos impunè labores
P ertulerit? tantas ſcriptis euoluerit artes?
H ic claram rebus lucem attulit, aſpera cliuo
P ræcipiti, ſtrata eſſe dedit, fœdiſq; repletum
P ræſtigijs tantùm, Chriſti purgauit ouile,
R egis vt Augiæ ſtabulum Tyrinthius heros.

Ille

I lle etiam quæ ſit ſacris præſtantia ſcriptis
E docuit, quæ conuerſis fiducia Chriſti,
Q uo motore nouis cor rurſum indulgeat auſis,
E t quam ſortem obeat lex, & pia Gratia Chriſti,
Q uis diuûm metus, & quàm ſit venerabile Verbi
M unus, & æterno placeant quæ vota parenti,
E t quæ ſigna ferat præ ſe Reſpublica Chriſti,
Q uid regno Chriſti ciuilis in orbe poteſtas
D iſtet, & inter ſe qua ſint ratione repulſa.
I nde Magiſtratus ſancti, Vitæq́; iugalis
E xequitur laudes, & rerum ſigna ſacrarum
C ommendans populis veros ediſſerit vſus:
Q uæ ſi cuncta meis complecti verſibus optem,
M agnus in immenſum rerum mihi creſceret ordo.
Q uid genus, & patriã memorẽ, quòd parua per
B retta Palatinas tanto ſe iactet alumno, (oras
Q uodq́; pater nulli armorum fuit arte ſecundus,
Q uòd puer addictus ſtudijs, ſacrata Camœnis
T empla frequentârit, & primos egerit annos
H aud molles luxus, aut curas inter inanes:
P aruus erat membris, ſed factis viuida virtus
A uſa caput proferre ſuo maturior æuo.
A tq́; illi puero Latiæ, Graiæq́; Camœnæ
N oſſe ſuas artes dederant, penituſq́; repoſtas
N aturæ cauſas, ſecretaq́; iura tueri,
F ataleſq́; ignes cœli, varioſq́; meatus,
D efectus Lunæ varios, Soliſq́; labores,

Q ui motus terram quatiat, qui nam igne coruſco
F ulmina molitur, vel qua vice ſæua tumeſcant
O bicibus ruptis freta, & in ſe deinde reſidant.
H is linguæ cultum addiderat, curamq́ loquendi,
S eu dictis ſedare animos, ſeu tollere malit.
E rgò in Gymnaſijs doctrinæ inſignia nactus
P enè puer graduum egregio gaudebat honore
Q uâ Nicri iuga culta iacent, quàq́ ora Tubingæ
V itiferos deſpectat agros, & palmite veſtit.
C uius vbi inſpexit mores, variaq́ refertum
C ognitione animum, coniunctus fœdere ſtirpis
O ptimus interpres Hebrææ Capnio linguæ:
A uctor erat Friderice tibi, (qui fortè ſub illo
T empore fundabas habitanda palatia Muſis
E x Helicone vocans ad flauas Albidos vndas,)
V t iuuenem pro ſe tanta ad mólimina rerum
A ccerſas, iubeaſq́ rudi dare iura iuuentæ,
H unc ſtudijs reſtare canens, hunc poſcere Muſas,
H unc fatis promitti iterum, qui ſacra Deorum,
A rteſq́, linguaſq́ in apertas eruat auras.
Q uas ibi tum ſcriptis operas, quæ facta Philippus
E diderit, paruo aſſuetus, patienſq́ laborum,
E t quæ præſtiterit ciuilis munia vitæ:
A udiſt, & ſi quem calidi ſub ſidere cancri
P reſſa tenet tellus, & ſi quem conſcia brumæ
O ppoſito videt axe, & quem Sol lumine ſero,
E t quem clarus equis Oriens aſpectat anhelis.

In

I n manibus Muſæ, quas ipſe ad Teutonis oram
I nduxit faciles quaſcunq; volebat ad artes,
H eröum ſeu geſta velit, ſeu pangere Chriſti.
H ic Sophiæ fontes quos triſtis amaror habebat,
I nſtar Eliſæi vatis, guſtantibus aptos
E ſſe dedit, vitæq; pios conuertit ad vſus.
A utoreſq; operum variorum, artiſq; repoſtæ
E xplicuit, Graiûm voluens antiqua reperta,
G ermanam reſonare docens verba Attica pubem:
E t ſi non patria obſtaret, Rheniq; fluenta,
G raius erat, tantus lingua fuit vſus in illa.
H uic pater omnipotens dederat cœleſtia noſſe,
E t rerum cauſſas, obituſq; inquirere & ortus,
D octrinamq; omnem recti quæ conſcia & æqui
D at leges vitæ officijs, & fœdere certo
D eſcribit quod fas homini, quid moribus aptum.
Q uin etiam curæ eſt longos extendere in annos
F acta virûm, & rerum ſeries ab origine mundi
D igerere, & ſerum ſcriptis tranſmittere in æuum.
Q uas non ille artes, quæ non monumenta priorum
E didicit? quas non tàm paruo in corpore dotes
C ontulerat melior Deus & natura Philippo?
C onfer enim diuina aliorum inuenta, libroſq;
N ec numero, nec honore pares, nec ſimplice vena.
Q uiſne valet verbis tantùm, qui condere laudes
P ro meritis eius poſſet, qui talia nobis
P ectore parta ſuo, quæſitaq; munera liquit,

Quorum

Q uorum ſi vellem numeros æquare canendo,
I n Lybico videar diſponere littore Fluctus
C ùm ferus Orion hybernis mergitur vndis.
E t tamen ille æquè grandis labor, ardua ſi quis
V irtutum decora, atq; animi bona vincere verbis
A ggreſſus, factis tàm claris addere honorem
T enderet, aut peregrè aduectas inducere formas.
S tat factis contenta ſuis imperdita fama
I uſticiæ, ſenſere pium, ſenſere fidelem
C ommunes quicunq; operas hauſère laborum.
I n vultu graue numen erat, ſed Gratia in ore
E gregio, in dictis fatalis candor, in actis
D exteritas rerum prudens, in fœdere pacto
I ntemerata fides, & neſcia fallere vita.
N ec leuis ambitio, nec amor furioſus habendi
F lexit àb incepto ſecurum odijq;, latentiſq;
I nuidiæ, ſeu cùm manifeſtos iret in hoſtes
I ntrepidus, ſeu cùm calidis ſe opponeret auſis
F alſorum fratrum, & motus inhiberet iniquos,
D um paci medium ſe offert, moderatior vnus
Q ui fuit in populis cùm Teutona regna flagrarent
D iſsidijs, ſemper cui cura auertere bellum,
E t pacem proferre orbi, placidiſq; tueri
C onſilijs, preſſæ ſuccurrere religioni,
O mniaq; in ſtudijs rerum conuertere ad vſum,
E xcipere inſultus, & ne certamina fiant
F anda, infanda pati, atq; hoſtes ſuperare precando,

Nec dictis certare ulli, aut decernere bellum,
Sed muſſare animis, & vincere probra tacendo.
Non illum officijs piguit certaſſe priorem,
Atq; ſui memores alios feciſſe merendo.
Quin & confectos morbo, fatisue ſiniſtris
Lenibat dictis, & non ope defuit vnquàm.
Finibus expulſos patrijs, in tecta recepit
Quotidiè ſolitus proprijs admittere menſis.
Quid memorem quibus ille preces ardoribus, &
Ediderit gemitus, ſuperis cùm debita vota (quos
Solueret, & te ſumme pater cum compare nato,
Et conſorti aura ſtudiorum in cœpta vocaret?
O quoties, & quæ nobis ſuſpiria fudit
Læta precans ſtatuiq; pio, & ciuilibus auſis.
Idq; vnum in votis habuit, quò fœdere firmo
Duret ad extremùm felix Reſpublica Chriſti,
Cui ſine labe fidem, lætamq; in rebus egenis
Spem nutricem hominũ, quiq; has comitatur Amorẽ
Legauit moriens, neq; enim dare maius habebat.
Vtq; aliqui doceant iura intemerata ſalutis:
His indefeſſum ſtudium, & cor ferre paratum
Optauit moriens: dehinc qui ſunt cunq; profeſſi
Ingenuas artes, vrgere fideliter illos
Ingenuas artes, & moribus eſſe magiſtros
Maluit, & pueros ſtudijs educere honeſtis.
At iuuenes ſtudijs operati, ante omnia promti
Rectorum teneant ſe lege, & iuſſa volentes

Expedi-

E xpediant, placidumq́ agitent cum ciuibus æuum,
D iſcurſu abſtineant, leuium ſpectacula rerum
N e celebrent, ſtudia in mores componere diſcant.
O ciues, ciues referenda eſt gratia doctis,
A gnoſcenda ſemel tot præſtita munera ab ipſis
H oſpitibus, non ô miſeros deglubite, néue
I gnorate Deum memorem fandi atq́ nefandi:
H oc vobis moriens optauerat optimus heros.
A t Romæ imperiũ magnũ, tibi maxime Chriſte
V ni animis, opibuſq́ tibi ſe dedat, & olim
A ccipiat tua iura, dehinc & iura vetuſta
S eruet in integro, póſtq́ indeiecta propaget.
Q uin & vota dabat ducibus, quò fœdera firment,
E xternoſq́ petant coniuncti viribus hoſtes
P ace domi facta, & nullo turbante tumultu.
S int etiam altores cœtus te Chriſte profeſſi,
E gregiaſq́ artes curent, & præmia reddant,
S int Mecœnates & erunt Auguſte Marones.
I dem optans mandata dabat quò ſubdita turba
P ro ducibus pia vota ferant, & viuere honeſtè
A ſſueſcant, rerumq́ ſtatu præſente fruantur,
A gnoſcant merita, & celſæ virtutis honorem.
A tq́ vt ſe grati poſſint præſtare magiſtris,
C ommendat virtutem illam diſcentibus artes,
P alliaq́ ante oculos habeant quibus vſus Eliſa eſt
Q uæ pater Helias digreſſu liquerat ipſi:
H is vicia occultent, tacitiq́ abſcondere diſcant

S i quà olim infirmis ſenioribus excidit error.
A t virtutem animi, atq; exhauſtos mille labores
D ecantent memores, iuuet hoc meminiſſe minores,
H oc venienti æuo doctis transſcribite chartis.
Q uòd ſi aliqui feßis ſtudio atq; ætate magiſtris
I lluſere olim, nec habet petulantia finem
T urbandi ſtudio, Chamiq; exempla ſequuntur
Q uà ſe aperit via, & obnixi ſtant omnia contrà:
D edicat his laqueum, pœna & geſtamen Iudæ.
H oc vulgi illaqueent animos, quod carmine gaudet
A uriculiſq; Midæ, nec habet diſcrimina rerum.
D eniq; & optabat quò credula turba Papatus
A gnoſcat maturè animum, erroreſq; ſuorum.
I nq; viam redeat cultus exoſa nefandos
S acratos dum ritè litans altaribus orbes
T ercentum tonat ore Deos, luſtrataq; liba
P ro votis offert viuorum, & luce carentum,
E t face gentiles ferroq; tuetur abuſus.
Q uod ſupereſt, trifidum gemmis, auroq; galerū
D efectori optat Staphylo pro ſorte laborum,
S acrificam vt gentem præſul ditione teneret,
Q uandoquidē hæc merces ſola eſt quæ deèrat auaro.
H æc ſuſpiria, & hos gemitus vir magnus ad au-
A ſſiduè fundebat, & hæc ita voce precatus (ras
O mnibus imperij ſtatibus ſua vota reliquit.
C umq; quater denos et tres tamen inſuper annos
V rgeret curſum ſtudijs, varioſq; labores

C onderet, & nullo precio precibuſue miniſue
A uelli incepto poſſet: ſtatione peracta
D ecubuit lenta correptus febre, nec vltrà
E ſſe ſinunt Parcæ terris tàm nobile lumen.
S ed ſtudia & curæ non ipſa in febre relinquunt,
I llo quippe die quo triſtia fata vocabant
F ertur adhuc ſcriptis, quæ trunca ex parte iacebant
A dplicuiſſe manus, ægrè cùm membra moueret
V icta æuo, & tremulam poſſet vix ducere pennam,
C ùm tandem in medios dat vocem, & pignora cara
C um genero, paruoſq; amplexus ritè nepotes
P roſequitur votis ſupremùm, & voce ſalutat,
E xolui membris cupiens, & corpore liber
E ſſè penes Chriſtum, ſuperaſq; euadere ad arces.
T alia dicentem vox vnà & vita reliquit,
A tq; animam placidè ponens caput exhalauit:
P urpureo veluti cum flore Melanthion agris
L angueſcit moriens, aut nigris lilia terris
S uccumbunt, & colla ſolo decuſſa reflectunt.
N ec minor in tectis luctus moriente Philippo,
E t ſubitus fragor, atq; ingens concurſus ad ipſas
E xuuias, quàm cùm demortua membra Iacobi
P er Canaæ populos magno veherentur honore.
C ircumſtant gemitu ingenti, mulcentq; magiſtri
P ectora plauſa ſui manibus, pars pectora tundit
I pſa ſua, & lacrymis largè rigat ora profuſis.
M ulta viri virtus animo, multuſq; recurſat

R elligionis

R elligionis amor, promtuſq́ ad ſingula ſermo,
C ontinuuſq́ labor: quàm vellent ad vada Nili
N unc efferre pedem, & viuis attendere verbis,
E t propius conferre latus, & dicta notare,
F ata obſtant, placiduſq́ viri ſopor alligat artus.
S ed tum morte ſua ſtudia interrupta iacebant
Multa modis miris, tot enim tot commoda in vno
M ors rapuit, tantoſq́ orbi ſubtraxit honores.
N unc aliquem infandum caſum fortuna minatur,
C ernis vt inſultent hoſtes, Staphyluſq́ feratur,
P er medios, furijſq́ incendat corda regentum?
A tq́ iterum in noſtros Scythicis inſurgit ab oris
T urca ferox, equidem credo noua prælia reſtant,
S ecuri interea cumulamus crimine pœnas
A h dolor, atq animis tantùm certamus iniquis.
S ed nunc exactis completur menſibus annus
E x quo relliquias, diuiniq́ oſſa Philippi
C ondidimus terra, tumulumq́ ereximus arce.
E t nunc ad cineres iterum cum carmine mœſto
A dſumus, & feſto grati celebramus honore,
E t pompam hanc memores ferimus, monumenta do-
E xigua ingentis, caro ſed debita patri. (loris
F ortunate Senex tibi nunc tibi præmia cœlo
E xpectare licet, quando hîc tibi triſte relictum eſt
D octrinæ precium, nec parcit manibus ipſis
Q ui nunc Parthenope ſæuit Tilemannus in vrbe:
A t tu magne Pater Diuûm miſerere, tuoq́,

F I nſanu

I nſanum hoc detrude caput ſub tartara telo,
Q uando aliter nequit infectam compeſcere linguam.
S ed tu ſalue iterũ atq; iterum dijs care Philippe,
Q ui rem Germanam magno feruente tumultu
S eruaſti precibuſq; tuis, ſtudioq; fideli:
T u lætus nunc pacem agitas, frueriſq; Deorum
A lloquio, & dictis vates affaris amicis.
T empus erit cùm te pater & tua maxima facta
I nſcribam Cedro, ſi quid mea carmina poſſunt,
H uncq; diem dum fata ſinent ego ſemper acerbum,
S emper honoratum ſolenni carmine habebo
Q uô res cunq; cadent, nec ſit mihi gratior vlla
Q uàm quæ magnanimũ ſeruat nunc terra Lutherũ,
E t gremio parui complectitur oſſa Philippi.
N os alias iam hinc ad lacrimas eadem horrida leti
I ura vocant, ſalue æternùm diuine Melanthon,
Æ ternumq; vale, & cape grati munus amici.

IN MORTEM PHILIP-PI MELANTHO-NIS.

F Loſculus è nigra tellure creatus in auras
O ccidit, exequias ferte frequenter Apes.
F lete pij flores, folijſq; inſcribite luctus,
T u quoq; litterulas dic Hyacinthe tuas.

Omnes

O mnes quæ Libani frondetis collibus herbæ:
T u tamen ante alias florida ruta dole.
N on fuit in terris apibus flos gratior vnquàm,
P rogenuit folijs tàm pia mella ſuis.
E folijs gratos Eccleſia ſenſit odores,
V itaq; confectos venit in alueolos.
H eu valeant quotquot folijs inſecta pereſis
H inc ſugunt odijs ſæua alimenta ſuis.
L ucifugæ blattæ, veſpæq; ante ora ſtrepentes,
E t qui Libanias turba Aſylus apes.
A ut qui non paribus Crabro ſe immiſcuit armis,
Q uiq; aliena piger pabula fucus edit.
A ut picturatis Eruca in pellibus errans,
E q; luto volitans muſca per ora virûm.
E t vos obſcœnæ volucres, pecudeſq; valete,
F œdantes veſtro germina ſacra fimo.
Q uæ pede gallino, quæ calce rudentis Aſelli
E ruitis virides per nemus omne comas.
V os tamen ille omnes tàm paruus pauit in vmbra,
S ic multis probitas officioſa nocet.
V alle ſub Elyſia ſacra nemus arbore frondet,
L ætaq; ſelectis floribus arua virent.
S i qua fides veterum, locus ille ſalubribus herbis
E ſt datus, obſcœnæ quo prohibentur aues.
I llic aſſiduè libant examina rorem,
E t virides lædit beſtia nulla comas.

IN MORTEM PHILIP: MEL:

R egnat amor florum, & generandi gloria mellis,
E t venit à leni murmure facta quies.
F loſculus hic inter beneolentes conſitus herbas
I n ſua mellificas germina vertit apes.
I nq́; Deo occultam degit ſub ceſpite vitam,
N ec metuit fucos in ſua fata leues.
S ed folia in Cedri ſeruantur marcida ciſtis
N e pereant ſæuis illa vel illa nothis.
E t ſol iuſticiæ vernos cùm proferet ortus,
F los etiam virides profert ille comas.
S icca tamen radix parua componitur vrna,
Q ua lapis ex ipſo nomine carmen habet.

(uſtus
S Pargite humum lacrymis, Iacet hîc flos febre per-
Q uē nigra terra dedit, mons tegit albus humo.
F elix illa apis eſt quæ non ingrata laboris
H inc pia ab innocuis mella bibit folijs.
S ed quàm deſit odor folijs, quàm gratia Flori,
S ylua prius folijs, flore carebit humus.

PARENTALIA ANNIVERSARIA SECVNDÒ FACTA PHILIPPO MELANTHONI, ET MARTINO LVTHERO.

Terno genitore ſatũ ſine origine VERBVM,
Æ Inſigneſq́; viros canimus, quos Leucoris ora
A udijt excitos fato reuocare ſub auras
V erba Dei, & ſcriptis iterum merita ardua Chriſti
A ſſerere, & fictos aris detrudere cultus:
E xigui | numero, ſed verbo viuida virtus.
Annua iamq́; dies agitur, quo membra Philippi
C ondidimus terris, cui dum per fata licebit
I nferias inopes carmen, lacrymaſq́; ſacrabo,
D onaq́; ſancta viri, quæq́; adidit aurea ſcripta,
A urea perpetuo celebrabo carmine ſcripta.
O ſate mente Patris, cùm nondum ſecula, nondũ
G randis humus librata ſuo cum pondere ſtaret
I n medio, Oceani rapidis circumflua lymphis,
O mnia qui nullo finxiſti è ſemine rerum,
Q uiq́; ſonans latè verbum, ſecretaq́; iura
P rimus de gremio Patris euulgata tuliſti,
P erq́; omnes orbis tractus interprete Flatu,
O ra per & linguas Vatum tua ſacra docentum

R itè propagaſti, & ſonitu loca cuncta repleſti:
Q uiq; hos alueolos decoraſti munere verbi,
E t ſanctas florere artes, linguasq; dediſti,
C briſte tibi has inquam grates cano: ſi qua ſub vrbe
D octrinæ ſedes manet hac, & ſiqua beatis
C œtibus inſeritur verbo collecta iuuentus,
E t ſi membra facis tua, ſi nos deniq; vitæ
H æredes regione poli, ſi luce potiri,
M uneris omne tui eſt, Soli hæc tibi debita fama eſt.
I amq; per has ego te lacrymas, nomenq; tuum te,
Q uando aliud nihil eſt maius, meliúſue per orbem,
O bteſtor, tua ſacra velis immota tueri,
E t tegere his, aliiſq; locis tua verba profeſſos,
S i pendent ex ore tuo, ſi pectore fido
S pargunt per populos ſana, atq; feracia frugis,
C onſona ſcripturæ, & fidei conformia rectæ.
O & qui veteres cœleſti lumine Vates
L uſtraſti, irradians largè, corda algida corda
V i flatus impelle tui, ſimul inſtrue verbo
S igna pedū, & mihi finge gradus, ſimul arida labra
S parge Iſraëlis de fontibus, vt mihi dulce
C armen ab ore fluat, quod honori, quodq; ſaluti
C briſte tuæ genti, teneræ ſit & vtile pubi.
HVMANO generi nam te dare iura fatemur,
Q ualis Aron, ſummi partes doctoris agentem,
A tq; vnum ſociæ gentis CAPVT, omnis abundè
I n quo habitat ſecluſa Patis ſapientia, & in quo

O s poſitum patris eſt ornatum interprete lingua
D iuerſos callente modos, diſcrimina vocum
M ille vbi, mille artes, & dulcis copia fandi,
Q uæ vitæ præcepta tenet, veræq́ ſalutis.
T e pater omnipotens oleo lætantis oliuæ
C ontigit, atq́ tuis te præ conſortibus vnum
C onſperſit caput, & ſancta vi flaminis vnxit,
N ec modus vllus erat tantis menſuraue donis.
E ia age qui noſtrum caput es, fac balſama ſtillent
V ertice fuſa tuo, ſuaui tingentia barbam
R ore meam, liquor vnde fluat tota vndiq́ veſte,
A tq́ nouæ vires tua ſancta in membra trahuntur,
Q uæ te corde colunt, non vt delubra, dieſq́
D ent tibi ſacrificos, ſed puro pectore vota.
N am patris es V E R B V M, quod nullus terminus
E xcipit, & primus tu conſulta abdita patris (aui
V ulgaſti fama, tu Verbum cuncta creata,
N aturamq́ omnem rerum quàm magna per orbem
V ndiq́ feciſti verbo, in lucemq́ tuliſti.
T u verbo veniæ, ſuaui quod Gratia ab ore
E mittit, lapſum retraxti è faucibus Orci
P rimum hominẽ, amplexans blandè, & trepidantia
L eniſti verbo: ſimilem tu luce carenti (corda
L uſtratum ex verbo generaſti denuò ad auras.
V iuum tu pariter cum verbo numinis Ignem,
S pemq́ ratam vitæ æternæ poſt fata dediſti.

T u, cùm prima recens ortis Eccleſia terris
C onuentus coleret, per Adamum es verba locutus
D iuinorum operum rudibus, cùm forte decenter
C onſtiterant, iuxta coniunx, & parua hominũ gens.
N ec mora longa, Cain ingratus & efferus hoſpes,
V t fratrem innocuum nil tale à fratre timentem
V i ſuperans letho dederat, factiſq́ probaret
S e colubri ſemen, promiſſi vt ſeminis audet
I ma pedum morſu appetere, immaniſq́ venenum
D entis in æterni legatos vertere patris,
C ùm benè compoſitos primo vix tempore cœtus
T urbaret feritate Cain: tu numine Sethum
E xcieras, quem mox ætate ſecutus Enochus,
M athuſalaſq́ æui maturus, & ordine longo
S acrifici patres, quos demum exceperat æuò
V itiſator Noë, conſolatorq́ laborum:
P er vocem illorum populos tua ſacra docebas,
E t verbi officio, cuius moderatur habenas
S piritus, & propriè ſibi vendicat, agmina paſſim
S ancta coëgiſti ſuperi ad commercia regni.
C umq́ vndæ vltrices totũ cum gentibus orbem
F luctibus opprimerent, vera ſeruatus in arca,
T utus in hoc verbo, Noë diſcrimen aquarum
E uaſit, rapidus poſſedit cætera pontus.
I pſe bifrons priſcis propter duo ſecula dictus,
I anus & inuentis accepit nomen ab vuis.
Q uæq́ ſacer Noë mundo commiſit vtriq́

Accepta

A ccepta è cœlo diuini oracula verbi:
H æc eadem Iapetus Semo cum fratre ſonabat,
F inibus hic patrijs, miſeris ſed gentibus ille,
Q ui genus incultum, & diſperſum montibus altis
C ompoſuit, legeſq́ dedit, moremq́ ſacrorum:
I ſq́, vt opinor, erat dictus qui Iupiter illis.
H i coniurati diuina in fœdera fratres
V erba tuebantur diuini conſcia pacti,
T ot contra inſultus, faſtidiaq́ impia fratris,
Q ui ſemen nudis in lumbis, vnde ſub auras
P romiſſum exiret Semen: qui cœlica verba,
L ongæuumq́ patrem fungentem munere verbi,
T raduxit ſocijs, riſuq́ excepit amaro.
I lluſum nuncuàm ſuperis impunè: merentem
D amnârat, Stygioq́ pater deuouerat Orco
S ubiectum imperijs fratrum, dum vita maneret,
D ehinc olim ſeruis famulandum in nocte profunda,
C œtus vbi irriſor Chriſti, Latiuſq́ ſacerdos
S eruilis Chami maledicto nomine gaudens.
A t pia progenies Semus, rex pacis, & almæ
I uſticiæ, Chaldæa petens ſola, tradidit Abræ
R itè propagandam doctrinam in ſtirpe nepotum.
D uxq́ gregis Moſes ad munera ſancta vocatus
T e coràm audiuit manifeſta voce loquentem
N ate Dei, ſacris vibrantem in ſentibus ignem,
E t cum fratre pio tua ſacra oracula pandit
F ratribus Hebræis, teſtatuſq́ omine certo eſt

Te Diuûm humana luſtrantem in imagine terras
Dignaturum olim noſtras ſermonibus aures.
Non equidem Heliam quem viuum regia cœli
Excepit, nec qui ſtudijs comes hæſit Eliſa,
Prætereo dictis, nec qui cum verbere fundæ
Præcipitem immani deiecit mole Cyclopem.
Non equidem, nec te Samuel diuine tacebo,
Nec quem miſit Amos, nec qui Babylona petebat
Ieremias, nec qui pelagi proiectus in vndas
Treîs latuit ſoles monſtri fluitantis in aluo,
Ionas cui teneræ nomen fecère columbæ.
Nec te tranſierim, quo viſo turba leonum
Dedidicit rabiem, poſitaq́, cupidine paſtus
Optauit vacuo primùm ieiunia ventre.
Non ego Malachiam vatem, quiq́, obruta terræ
Indutis membris animari viderat oſſa,
Et nec Sachariam Darij ſub tempore regis
Fata recenſentem, tacitum, indictúmue ſilebo:
Qui tua verba tuo ſuſcepta ex ore ſacrato
Spargebant populis, tuaq́, ardua facta canebant,
Mira quoq́, edentes verbo, memorandaq́, facta.
Tandem etiam fixi completo temporis orbe
Tu Verbum in puræ latuiſti virginis aluo,
Os, humeroſq́, hominis ſumens, veramq́, figuram,
Oratorq́, Dei, mortalibus ore rotundo,
Et labijs vitam ſtillantibus, ardua cœli
Dona reſignaſti, cumq́, Iſraële locutus

Manda-

M andatum, tibi quod genitor concredidit vni
D e patris æterni decreto, in monte Sionis,
V oce palàm populis teſtatus es, inſtar & olim
C ortis auis pennæ obtentu felicis inumbrans,
V oce coëgiſti ſparſos à turpibus Orci
V ulturibus, canibúſue tuum lacerantibus agmen.
A t poſtquàm delicta pians mortē ipſe cadendo,
D eijcere auſus eras: ſpargendam & munere verbi
I uſticiam, & vitam reparaſſes redditus auris:
B iſſenos proceres diuerſum mittis in orbem
P ulcrorum qui ritè pedum iam munere functi
S ignificent pacis noua iura, | Deumq́ fauere
H umanis iam iterum rebus, portaſq́ recluſas
E lyſij nemoris, nobis qui immanibus auſis
A utores cædis Chriſto ſumus, arduus ex quo
I n trabibus Flamen vitam exhalauit in ara:
P ræcluſamq́ patere viam, te ſemper ad ipſas
S tante fores, per eaſq́ vltrò admittente fideles.
N ec ſatis hoc, patris à dextra tu ſanguine natū
T harſiaco Vatem excieras, cui dulcia verbis
O ra tuis opples, tua ſenſa exponeret ipſis
G entibus, antiqua cretis de ſtirpe Iapheti:
I pſe ſuas operas præſtet tibi, multaq́ verbo
A gmina, cæleſtis vocet in conſortia vitæ.
I lli omnes operis coniuncti, & adire parati
O mnia, ſuffecère loco tua verba profeſſos
S acratos primùm proceres, qui tradita ſcriptis
T ranſmi-

Tranſmiſère orbi, magno dum munere diuûm
Tandem etiam his olim doctrina eſt prodita terris.
Talibus auſpicijs verbum cœleſte parentis
Ore tuo emiſſum, duce te, comitanteq́ flatu
Expoſitum, cepit iuſto incrementa tenore,
Ora per infantum, & miſeros ſine honore miniſtros
Vſq; propagatum ſpacioſa in climata mundi.
At reprobus, ſemperq́ odijs, & crimine ſæuo
Infenſus motu proprio moderator Auerni
Æterno Verbo par cum patre numen habenti,
Cùm cuperet ſiue hoc ſubuerſum, ſiuè ſonantem
Doctrinæ vocem, docuit quam filius ipſe:
Omnia mutatum ſeſe conuertit in ora
Huc obuerſus & huc, variaſq́ excogitat artes
Qua tentet ratione aditus: Si tollere Chriſtum
Non datur, at ſaltem morſu violaret acerbo
Legatos verbi, calcem & veſtigia Chriſti,
Et luce excuſſos verbi, ſub nocte teneret:
Aut ſi nulla viam dederit fortuna, latenter
Inficeret ſaltem, verboq́ induceret vmbras.
Inuadit, ſocioſq́ ſuo de ſemine poſcit
Quos mundi imperium, atq; argutæ gloria mentis
Sublimes tollit: Coëunt ſub fortia plenis
Signa vijs, ferro palmas, & pectora fraude
Inſtructi, cædeſq́ immani gutture ſpirant.
At lætus Satanas, ſucceſſuq́ acrior ipſo
Inſtat vi ſolita, naturaliq́ furore

Tranſuerſos

T ranſuerſos agitat plures à tramite verbi,
E uellitq́; animis vix dum radicibus actis
I ncautos ſpolians æternæ fruge ſalutis.
S ic coniurati veniunt ad fœdera, & vno
O re Dei verbo inſultant, velut agmine facto,
F reti opibus, plauſuq́; virûm, ſtudijſq́; fauentum.
C eu ferus ille Cain, cum contemtore parentis
S eruili Chamo, ſocijſq́; ſequentibus illum,
E t rapidus Nimroth, & Nili rector acerbus,
T ollere de medio verbum, verbiq́; miniſtros
C onſilijs agitant varijs, perq́; omnia verſant.
S aulus item genus à ſancta qui gente trahebat,
I nfenſuſq́; Hamam Solymæ, & Babylonius Achab,
S acrorumq́; ordo procerum, & diuerſa profeſſi
N omina doctrinæ Solymis, ſceptriſq́; potiti
R omanis, odio verbum cœleſte fatigant.
A rius è ſuperis auſus detrudere regnis
M aieſtate Dei exutum, & ſine numine Chriſtum,
D eficit à verbo, Satanæq́; in caſtra receptus
E rrorem hunc animis fixum, immotumq́; reliquit:
P oſteritaſq́; omnis mendaci ſubdola lingua
R em gerit, & ferro infeſtat documenta profeſſos
V era Dei, veraq́; in relligione tenaces.
T andem Arij ſoboles, redimiti & tempora vittis
R omani proceres coëunt, Martemq́; fatigant:
C hriſto inferre parant bellum lacrimabile, & alter
P oſcit opem alterius tandem, & coniurat amicè.

E rgò ſub pedibus diuina volumina ponunt,
A tq; fidem nolunt ſcriptis admittere verbis:
I nde noui cultus, & fida ſilentia ſacris
M atris Eleuſinæ mutos imitantia ritus,
I nq; antris vano indulgent pietatis honori
N equicquam humanis venerati numina iuſsis.
P enè Dei verbum ex oculis & luce repulſum
Æ ternùm tenebris latuiſſet, penè lituras
P aſsum, penè igne extrema iam ſorte ſtetiſſet,
I n ſuperos ſi fas tantùm mortale teneret
C rimen, & humanis non terminus hæreat auſis.
A t pater, vt ſemper noſtri iactura dolori eſt,
I ncumbens lapſi generis ſarcire ruinam,
E xcitos alium ex alio ſuccedere iuſsit
Q ui rem diuinam manifeſto numine adacti
R urſus in antiquum ferrent, ſolideq; locarent.
M ulta quoq; hi paſsi, damnati & crimine falſi
F ortia dum fictis opponunt pectora ſacris
C onfeſsi purè Chriſtum, cauſſa vnde ſalutis.
T ollitur è medio Boiemi nominis Huſſus,
E t ſparſos cineres Rheni dant ferre fluentis:
V ritur Auſonijs & Sauaronola ſub oris:
R elligione ſacer, Proles qui nomine fertur,
P roſcriptus furijs à conſuetudine vulgi
E xigitur, paſsimq; eſt ferre indigna coactus:
V eſſelus heu quantis odijs, quantiſq; periclis
P reſſus erat? pauci in latebris compendia vera

Doctrinæ

D octrinæ fidei norant, ſed dicere muſſant.
E rgò iterum pietas denſis obducta procellis
Q uæ cœli tenuêre viam ſub nocte profunda
D elituit, nullo communi obſtante periclo.
H ac Turca infenſus Chriſto, Roma impia ab illa
P arte ferox, meritum extenuat, cauſſamq́; ſalutis,
V erbum abolens, nullo penituſq́; in honore reponens,
C onfeſſoſq́; fidem poſcit cum ſanguine pœnas.
S ic tandem verbo toto ex Oriente fugato,
H eſperijſq́; plagis, iam non ſuper vlla manebat
C ognitio Chriſti perſonæ, aut muneris huius.
M undus enim ambigua fertur regione viarum,
E t vitam in tenebris amiſſo ducere verbo
C ogitur: vt quondam in ſyluis deprenſus arator
L abitur in præceps fatuo deluſus ab igne
L umina qui longè oſtentat fallentia noctu.
T andem etiam cœlo miſerans incommoda noſtra
F ilius ipſe Dei, nec paſſus longius ire
S erpentis furiale malum, ſed dura repoſcens
S upplicia ob verbi contemtum ante vltima mundi
F ata, prius ſummo quàm ſit vaſtandus ab igne,
H eroas geminos eduxit numine in auras,
Q uod fœcunda dedit Mansfeldia, paruaq́; Bretta
V itiferos Rheni quæ proſpicit obuia colles:
I nſignes animis, qui pro pietate tuenda
M ille tot impoſitos potuerunt ferre labores.
L utherus ſacrata procul detruſus ad antra

R elligione patrum, quâ currit flumine Hiera,
I ntegra ſcripturæ cum fortè volumina vidit,
(T empore quando illo partes, & fragmina tantùm
I n medium populis ignota in voce dabantur,
E t Latij tantùm vſus erat ſermonis in illis.)
M ox altè ex animo ſuſpiria ducere cœpit:
O mihi mancipio detur ſi tale volumen,
E t quantum ſat erit Chriſti cognoſcere facta,
O ego tum felix, fortunatuſq́ laborum,
E t nulli veterum ſcriptorum laude ſecundus.
Q ui me cunq́ manent iſto in diſcrimine caſus,
E t te Chriſte manent, prius hæc inuiſa relinquam
L umina, quàm de te poteram ceſſiſſe videri,
F identes Deus ipſe iuuat. Non vana precantem
A udijt, & voti Chriſtus ſuccedere partem
M ente dedit, ſimul hæc altas ſuſpiria nubes
R upêre, atq́ aditum cœlo inuenêre ſecundum,
Q ualia multa pij Latiæ Babylonis acerbo
C arcere detenti, ad ſuperos ita vota dederunt.
P arua mora, & ſacris integra volumina ſcriptis
S taupicius, qui ſe Prolis referebat alumnum
F ratribus ad menſam lectu euoluenda parabat.
E rgò vbi erat compos voti, atq́ hortamine multo
S taupicij accenſus, ſed adhuc detentus in antris,
A ggreditur lectu cœleſtia ſcripta Luterus,
I ndulgetq́ operi inſolito, & recludere ſanctos
F ert animus fontes, & miſcet vota labori.

D octrinæ

D octrinæ & formas confuſas, inq; plicatas
N exibus argutis, quas tum triuêre legentes,
P aulatim ex animis abolere, & temnere ſenſim
I ncipit, & veteris cepit faſtidia Thomæ:
O cca vetus placuit reliquis argutior vnus,
I ncipit & ſentire animis quæ pondera ſubſint,
Q uæq; Dei virtus ſtudijs exercita verbi,
Q uanquàm opere in tanto iam tum ductore carebat.
P ræcipuè in manibus Pauli commenta tenebat,
E xpendenſq; animo ſanctum & memorabile dictum,
V itam interuentu Fidei contingere iuſto:
H îc primùm edocuit, claroq; eſt ore profeſſus,
N on illum iuſti partes implere putandum
V itam qui benè agit, vel ſæpè iniuſta ferendo
C rimine abeſt: ſed enim ſignatum nomine iuſti:
Q uem Chriſti ex merito referat clementia Patris
I uſtorum in numerum, iuſti non nomen habentem:
S iue quibus gratìs Deus imputat obuia dona
I uſticiæ nati, peperit quam ſanguine fuſo.
N amq; fides aliò ſermone refertur in iſto,
Q uæ Chriſtum prendit celſi quem rector Olympi
I uſticiæ eſſe loco voluit mortalibus ægris,
I uſticiæ, victor rediens quam Chriſtus ab vmbris
L egatos verbo ſiuit vulgare per orbem.
H anc ita ab æterno decretam à patre ſupremo,
P romeritamq; pijs vno libamine Chriſti,
A c diſpenſatam in medios per munia verbi,

E ſſe animis noſtris aptandam, alienaq́; dona
A mplectenda fide propria, aſſenſuq́; tenaci.
E t quanquàm illa fides pedibus procedere firmis
I nterdum nequit, ægra gerens, & languida corda,
N ec numero perfecta ſuo eſt, quia ſemper habemus
R elliquias culpæ, dubiosq́; in pectore motus
N aturæ hærentes veterem referentis Adamum:
Q uod tamen adprendit, firmum, immotumq́; manebit,
I usq́; ſuum exequitur, velut immutabile Patris
D ecretum, & veluti meritum pro ſanguine Chriſti,
E t flatu teſtata ſacro res conſcia veri,
F undamenq́; tenax quod ſacro in codice fixum eſt.
N amq́; ratum fidei, non è molimine noſtro
P endet, & aſſenſu noſtro, cui nempè neceſſe eſt
I uſticiam vt Chriſti Deus imputet, atq; reatus
G ratuitam exhibeat veniam indulgentia mitis:
A t poſitum eſt, firmumq́;, ac inuiolabile perſtat
D ecreto in Chriſti merito, verboq́; loquenti
P acta immota Dei: neq; enim promiſſa retractat
O mnipotens, nec quæ pepegit ſemel ipſe recuſat.
P rima ea cognitio deducta volumine Pauli,
C auſſa fuit, Verbo plus doctæ impendere curæ,
E t penitus ſacros vatum luſtrare receſſus,
A tq; adytis inferre pedem cœleſtibus vltrò.
F irmatum hinc cantu ſeſe memorare ſolebat,
C antu, quem ſolitus natalis tempore Chriſti
A lterno variare ſono in teſtudine templi:
O qua-

O quater, & quoties non eſt numerare beata
C ulpa patris primi, qua maſſa humana redemta eſt.
H oc cùm fortè ſuam ſoluiſſet carmine linguam,
T harſiaci in mentem venit ſententia Vatis,
Q uòd culpæ numerum ſuperet pia gratia Chriſti.
H inc ſenſum elicuit, capti quòd fraude colubri
L apſus Adæ fuerit redimendæ cauſſa ſalutis.
T um demum ingenti ſeſe clamore ferebat
V ictorem, & populos ſancto ſermone replebat,
E t Verbo mouet arma pius, gaudetq́; ſuperbum
E xcutiens ceruice iugum, regnumq́; Papatus
I mpauidus taxat verbo, & docet ore diſerto,
E t primùm dictis audet ſe opponere contra
T ecelij nugas, veterum & commenta Deorum.
H îc, non ille æſtus tantum quos gurgite Rhenus
E rigit, eructatq́; vadis: Tyberimq́;, Padumq́;
C oncitat in ſeſe: rerumq́; ad frena ſedentes
V ndiq́; collecti coëunt, bellumq́; laceſſunt.
C ertatim accingunt proceres ſe in fata Luteri
T otq́; vnum telis figunt caput: ille Leo ceu
N obilitate prior, quem bucera ſecla ferarum
C ircumſtant fremitu denſo, cornuq́; laceſſunt,
Q ui neq; vim membris vllam, neq; vulnera dorſo
A ccipit, hunc tamen eſt, nunc illũ expoſtus ad ictũ,
D um tandẽ inſtantes fruſtra, & genua ægra tremẽ-
O ccupat in latus, & ſubita vi extendit arena, (tes
C omprenſoſq́; tenet, pedibuſq́; euiſcerat vncis.

H aud ſecùs in verbo manet imperterritus ille
S igna tenens immota pedum, ſtetit aſpera contrà
T ela virûm, & verbo venientes depulit ictus
L atum limitem agens circum quà tendit in hoſtem,
Q ualis compedibus ruptis medio agmine Simſon
M ille die victor maxilla ad tartara miſit.
T andē etiam Goliath, triplici cui tempora circū
O rdine conſurgunt auro fulgente corona,
I pſum ad certamen vocat, & vittata repentè
A gmina diſpoſita in numerum, velut aſpera Martis
P ugna vocet, plenis audent procedere ſignis.
H aſtam terribilem ſæuo cum fulmine vibrat
A Capitolina decurrens aureus arce
A gmen agens præ ſe comitum, mundiq́ potentum.
I pſe dehinc humeros latos ſeptemplice condit
L orica, dehinc ære cauo ſuper, & procul ore
S cintillæ abſiſtunt candentes, & rotat enſem
F ulmineum, Caco Ætnæis quem fortè caminis
F ecerat ignipotens, Stygia & durauerat vnda.
H aud impunè quidē, inſtantē nec pertulit vltrà,
O blitúſue ſui eſt in tanta ſorte Lutherus:
F undam cum lapide inſuto ſua tela mouebat
H oſtem magnanimum opperiens, & more bubulci
A rmatus campo ingreditur, ſeq́ excitat ira.
D egeneres qui fortè boues, qui ſtrauerat hircos,
N unc fundam tereti circum caput egit habena,
V ociferans, Nunc ô nunquam fruſtrate vocatus

C hriſte

C hriſte meos, nunc tempus adeſt, nunc te arbiter ille
S ummus ſacrorum deſcendens Tybridis ora
T e, meritumq́ tuum aggreditur, da ſternere funda,
L oricamq́ hamis conſertam auroq́ trilicem
R umpere, turritamq́ manu lacerare coronam,
V nus ego hunc verbi Clypeo protectus adibo.
S ic ait: & Latij conuentus in caput acta eſt
F unda volans, trifidumq́ illiſit vertice honorem.
D ehinc illi proprio iugulum mucrone reſoluit,
V erbis Chriſte tuis, cuius ſeſe improbus ille
P rocurare vicem terris ſermone ferebat.
P oſt ad concilium magnum de more vocatus,
R em gerit in verbo, nec clauam hanc Herculis alti,
N ec fundam hanc paruam Vates qua regius vſus
T orqueri è manibus patitur, neq́ enim vlla volentē
V is potuit, regumq́ preces auertere verbo.
N on adeò has exoſa manus victoria fugit,
P ro ſancto vt dubitet verbo implorare quod vſquā
A tq́ ea dum terris ſuperata pericula ſolus (eſt.
H auferat, & finem ſperaret: tum noua Lernæ
S uccreſcunt capita, in numerumq́ repentè ſubibant.
N am Satanas, exoſum orbi quò redderet agmen
C hriſticolum, verboq́ notas aſpergeret atras:
E xcierat ſocios, qui ſeditione cruenta
I n ferrum Chriſti pro libertate ruebant,
S cilicet, & vulgus vanum ſub ſigna vocabant.
H i furijs acti ritus, moremq́ ſacrorum

 O mnem

O mnem de medio tollunt diſcrimine nullo.
D iripuêre aras, & relligioſa Deorum
L imina demoliri auſi de ſedibus imis,
O bliti decoriſq; ſui, ſociûmq; ſalutis.
M ulti equidem qui regna Papæ ſubuertere adorti
C onſortes aderant, poſtquam conuulſerat altis
S edibus, impuleratq; prior crebro ariete verbi:
S ed pauci moliri iterum, & noua condere iura
I nuenti, qui vel vallo circumdare templa,
E t circùm aggeribus, docta & ſepire virûm vi,
E t verbo inciperent diuinas auſpice pugnas.
Q uippe furens animis Caroli qui dictus ab vrbe eſt
V oce prophanabat Cœnæ monumenta ſacratæ.
C ui ſe addunt comites qui ſeditione potentes
E xtenuant dictis ritum pro gurgite ſacro.
S urgit ad hos, Chriſtiq; opponit verba Luterus,
O bturatq; ora, & verbum vocale tuetur
M entitos contra afflatus, & inania viſa.
S ed multi ad mentem pulſo rediêre furore
A verbo in præceps quos lubricus egerat error.
E rgò illum doctis ſolitum decernere ſcriptis
V is verbi omnipotens dedit hoſtibus eſſe priorem,
I rriſum & ſine honore Papam conuincere dictis.
P lura referre iuuat, ſpacijs quæ incluſus iniquis
P ratereo, atq; alijs linquo magno ore ſonanda.
P artem etiam ex illis hac ipſa in ſede locatus
V oce recenſebam biſſenis menſibus actis,

Quæ nunc his Vatum exequijs, ſe more gerentum
Heliæ, & comitis per cuncta hærentis Eliſæ,
In mentem reuocanda iterũ, & memoranda putaui.
At ſatus ille Deo, in numerũ qui munera cœlo
Proijcit humano generi, & ſua ſacra gubernat:
Luthero addiderat comitem, ſociumq́ laborum,
Omnia tàm anguſto cui pectore dona Deorum
Contigerant: Rheni è ripis huc venit ad Albim
Omnibus ingenio prior, omnibus arte Melanthon.
Is virides Nicri ad colles, claramq́ Tubingam
Excoluit mentem, ſtudia ad quæcunq́ volebat
Spontè ſua facilem, & ductu nullius egentem.
Hinc illum ad ſacras & auunculus excitat artes
CAPNIO, non illo celebrandus nomine tantùm
Quòd puerũ egregiũ, & conſanguinitate propinquũ
Artibus inſtitui voluit, Muſiſq́ dicauit,
Gymnaſijq́ huius communem eduxit in vſum,
Atq́ omnis gentis quæ Chriſti ſacra profeſſa eſt
Quàm latè imperij Romani extenditur orbis:
Verùm etiam arcanas artes, deſuetaq́ linguæ
Hebrææ ſtudia aërias quòd rurſus in auras
Eruit, & Solymis formauit vocibus ora.
Iam tum etiam vidit puerũ haud vulgare ferentem
Naturæ indicium, qui ſuccreſcentibus annis
Vim latè exereret ſtudio, atq́ inſignibus auſis,
Et merſum in tenebris, & denſa ſorde Papatum
Diſcuteret, trepident immiſſo lumine falſi

D octores, icti radijs tàm lucis apertæ.

V t Ducis accitu Friderici venit ad Albim,
A onio ſecum deduxit vertice Muſas
G raio fonte lauans, atq́, Attica mella miniſtrans
I gnoto iuuenum perleuerat ora liquore,
E t mirata ſonum Germania, dixit alumnum
G raia ſtirpe ſatum, nutritum Heliconis in antris,
T àm linguas, tàmq́, egregias feliciter artes,
T àm facili ratione, & tàm præſente Minerua
T ractabat, ſiue ille ſacras, ſiue ille profanas
M allet, par labor & ſucceſſus vtrinq́, laborum eſt.
N ec ſcola Romano imperio tàm oblita ſalutis
D etrahere ingentis meriti famam auſit & artis.

D anubij ad ripas inſignis in arte profeſſor
A ſſeruit docta medius ſtipante caterua,
H actenus ignotum fermè, indictumq́, quid eſſet
I lle argumenti in medio qui terminus hæret,
N i planè ediderat ſcriptis pia cura Philippi.

A dria præſignem quà mercibus alluit vrbem,
R elligione ſacer dictis aggreſſus amicis
N oſtræ hominem gentis fertur: dic hoſpes, an ecqua
D octa vehis tecum monumenta, & ſcripta Philippi,
Q uando recens illinc huc noſtram adueneris vrbem?
C ui Germanus homo momento hoc temporis inquit:
N ulla mihi in promtu, ſed enim manet ædibus intus,
I n capita, & partes certa ratione redactum
Relligionis opus, quod ſi vidiſſe laboras,

Nulla

N ulla mora in nobis, dabitur tibi amice quod optas,
N ec te pœniteat multùm triuiſſe legendo.
C ui contra ingreſſus Monachus, prô Iupiter inquit,
I lle erat, ille liber votis quem ſæpe petiui,
O mnia mî dederis, huius ſi copia detur:
A d nos vix peruenit opus quo ritè docetur
D iſſerere, & tantum profeci legibus illis
H ei nimiùm vana quod ſub pietate tenemur:
E xemplisq́; pijs-illa quibus vtitur arte,
R ectum iter ad ſuperos cognoui, atq; auſpice ductu
I llorum, inueniam certam poſt fata ſalutem.
H æc illi inter ſe vario ſermone ferebant,
N ec regio in terris famæ non plena Philippi eſt.
N amq; ille egregius doctrinæ præſes & autor,
H æc cuius cineri exequimur ſolennia iuſta,
N on modò tractatas aptauerat vſibus artes,
R ite ſed exemplis ſacrato è codice ductis
I lluſtrans ſtudio doctis inſeuit alumnis.
S cripturæq́; fide certa permotus, & inde
V oce Luthere tua victus, recludere cœpit
S criptorum interpres Pauli ceu publicus, illam
Q uæ ſibi Romanum præſcripſit litera nomen,
E t multis vicibus prælectam emiſit in auras.
T antaq́; eum tenuit ſacrorum cura librorum,
V t quanquàm ingenuas fato traheretur ad artes,
P ræferret tamen illorum ſacra cœlica ſcriptis,
E t ſæpè ingeminans docti monumenta Galeni,

E t qui deſcripſit ſpacioſum gentibus orbem,
D iceret, his melius toto nihil orbe repertum,
A rtis ineſt tantùm: Sed dia volumina præſtant,
Q uantum ſidereos formoſior anteit ignes
H eſperus, & quantum melior roſa picta liguſtro eſt.
H æc mulcent curas, tentataq́; corda viciſsim
M orte leuant, vitæq́; frui dant luce perenni.
E rgò & cura Scolæ magni poſt fata Luteri
I mpoſita eſt illi, Fidei qui diſsita latè
S ancta rudimenta in formam, corpuſq́; redegit,
N empè Patrum ſcriptis quod prætulit omnibus vnū
L utherus, fueratq́; autor tibi docte Georgi
M A I O R, qui tanti menſuram nominis imples
(A lbiacæ tunc fortè Scolæ data ſceptra tenebas)
M iſſo Auguſtini quò codice, docta Philippi
C ommenta, integrum Fidei referentia corpus,
S uſciperes vulgò doctæ enarranda iuuentæ,
V erborum quâ certa fides, rerumq́; bonarum.
H ic tàm difficili de re tàm lucida pandit
S cripta viam inueniens facilem, ſoluſq́; beatus
G randia in exiguo verſare negocia fine,
A tq́; ſuperuacuum ſuſceptæ omittere cauſſæ:
S e magno aiebat verborum inuoluere flexu,
N ec breuibus ſacras res poſſe euoluere dictis.
S ed non ille domi tantùm exemplaria ſancta
N octurna voluitq́; manu, expoſuitq́; diurna:
H oſtibus at peregrè vultu congreſſus aperto

Contule-

C ontulerat dicta, & ſuperauit numine Verbi
I n morem Stephani quem ſaxeus obruit imber,
V t ſæpè acciſis rebus ſua rumpere viſi
C olloquia, vlteriuſq; ſuæ non fidere linguæ,
C lamq; humeros vltrò ſuſceptæ abducere pugnæ
N e penitus fuſi, euictiq; pudore fatiſcant.
G ranuelus reſponſa viri miratus, & acre
I ngenium, & promtas quæſita ad ſingula cauſſas,
E t celerem, doctamq; manum, qua nomine Scribæ
V ſus erat Cruciger, qui noſtris partibus hærens
R ettulit in tabulas conuentus acta fideles:
F ertur in hunc dixiſſe modum: Quis talia cernens,
A mplius aduerſæ malit contendere parti,
N oſtrorum numero ſi præſtat ſcriba Lutheri,
I ndictum vt mittam qui confert verba Philippum.
H oc tum ille egregio noſtros ſermone probabat,
E t dictis res ipſa fidem dedit, inſcia fraudis
Q uid poßit pietas ſi quando ad mutua ventum eſt
C olloquia, & ſoli adſeritur ſua gloria Chriſto.
N amq; erat hic recti prudens adſertor & æquus,
N on multa ratione probans, nec multa ſuperbè
A rgumenta crepans, ſed pauca, & debita cauſſæ
I n medium dabat, & verbi de fonte petebat,
T exta doli & ſoluens cauſſæ ſcandebat in arcem.
T um verò vrgebat dictis, iuguloq; prehendens
N uſquam amittebat peruerſos arte ſophiſtas
F erro non verbo nitentes, regnaq; mundi

V enantes falſo ſub relligionis amore.
H os cum non facerent pedibus veſtigia rectis
I ncluſi latebris incendia vana vomentes,
A lciden præſtans magnum protraxit in auras
D um iugulo arreptos comprendit, & angit inhærens
V ocis iter, preſſaſq; includit faucibus auras.
C ùm Proteus varias tentaret lubricus artes,
E t mira ora gerens nunc ſiccis tutus arenis,
M ox & in antiquis ſyluis, & deniq; in vndis
V ultum occultaret formas mutatus in omnes:
I pſe hunc arreptum producit, & enecat vno
C onuictum ſcripto clara ſub Noridos vrbe.
Q uid multis opus eſt, norat decernere dictis
O rdine quæq; ſuo, atq; acie explorare ſagaci
F allaces laqueos, & cæca reſoluere texta,
M ittere quod leue erat, ſtatuiq; inſiſtere cauſſæ
N on argumenti numero, ſed pondere fidens.
E rgò etiam NAVES *quem Cæſaris aula fouebat*
I pſe fatebatur, non tàm conuellere promtum,
Q uàm facile aſſerere eſt noſtris, & dicta tueri:
N empè vbi nixa ſedet certo ſententia verbo
Q uam ratio ad fidei debet componere normam,
T um ſubitò ruere, & fundo contraria verti.
N amq; Dei vires, & magna potentia verbum eſt,
P roductum è gremio patris, atq; interprete nato
V ulgatum populis, cui præſtò Spiritus hæret,
Q ui roſeo Chriſti quæſitos ſanguine quondam

Theſauros

T heſauros verbi officio diſpenſat habendos.
S cilicet hæc anſa eſt qua maximus ille tenetur
M undi opifex, quem nemo poteſt cõprendere ſenſu,
H æc lux, qua nullo ſubiectum luminis orbi
A utorem rerum aſſequimur, vultuſq; tuemur:
H æc via, qua Chriſtum fas recto accedere greſſu:
H oc ſolum fidei articulis fundamina ponit:
H oc qui pectore habet fido, & cui cura tueri:
I llum adit, & ſedem condit natuſq; paterq;,
V iq; ſacra verbi Flamen transfundit in illum,
E t fidei incrementa nouæ, dehinc robora donat,
E t nos ſemianimes verbo generamur ad auras,
I n verbo eluimur, maculaſq; abſtergimur omnes,
V itaq; læticia comite, & pax libera curis
C um verbi ſonitu contrita in corda feruntur
V itam ipſo dicente λογῳ ſub mentibus ægris.
E t verbo infantum longè à ſapientibus orbis
P rudentumq; acie poſito, latèq; remoto,
F alſa inuenta Papæ, documentaq; vana profeſſos,
V imq; Deûm infernam, & ſtygij ſacraria Ditis
E uertit fundo omnipotens, & ſpargit in auras.
E t verbo inſtructi, gladio potiuntur & armis
Q ueîs arcere fuga, atq; euertere viribus hoſtes
S piritus oſtendit per tot diſcrimina rerum.
V nius & fundata ſacro ſententia verbo
M ille hominum arbitria exuperat, mille impia dicta
M ille in concilijs agitata, & mille theatris

Cùm

C ùm verò in tenebris fœdè ſine honore iaceret
L egibus humanis immixtum, & ſorde Papatus:
E cce Deo natus, præſes, cuſtoſq; ſuorum
S ummus ſacrorum, ne quâ ſua regna fatiſcant,
A ntè repurgauit verbum, perq; ora Lutheri
I nuicta eloquio, per culti ſcripta Philippi,
P erq; tot egregias animas, ſocioſq; laborum,
C onflauit doctrinam igni, bullaſq; repreſſit
S pumantis ſcoriæ, mox diſcretoribus illis
C oncretam exemit labem, puramq; reliquit
D octrinæ maſſam, atq; argenti æriſq; metalla:
V t quondam ſimili ſermonis more canebat
M alachias vates: & ſeclis omnibus antè
S acra per excitos vates luſtrata reliquit.
C æde ferox, & cui ſemper mendacia curæ
R ex Erebi, à verbo tranſuerſa ad monſtra deorũ
P ræcipitans traxit ſecum cæca agmina Papæ:
E rgò trahunt vitam in tenebris, & inania ſacra
E xercent, trepidantq; immiſſo lumine verbi.
V ani qui raptus fingunt, ſimulantq; deorum
C olloquia, & viſis inhiant, ſacrataq; temnunt
S cripta: reformidant verbum, auerſiq; feruntur.
S olius & verbi conſenſu ex ordine longo,
E t fidei norma fas eſt componere lites,
V nde triumphatos mox ſub iuga cogimus hoſtes
E lati cauſa meliore, & pectore recto,
S ecuri armorum: Quàm magna potentia regni

Chriſte

C hriſte tui in verbo eſt: ſine verbo eſt omnis inanis
C ura ſagax, ſtudiumq́; vigil, labor irritus omnis,
S i verbum demas ſunt ſomnia, & omnia ſunt nil,
N on ritus, nihil vlla valent monumenta ſacrorum,
N uda vides elementa, nihil ſignantia rerum
A ut extra verbum, aut finem quo tendere fas eſt.
S ed liceat vati, vatum ſimulacra priorum
D ucere in exemplum, Pomi de lite vetuſta.
N am fortaſſe vmbræ rerum manſère priorum,
P erq́; manus patrum ſenſa accepère minores:
V t Nohæ monumenta manent ſub nomine Iani,
F amaq́; Iapheti, & notus feritate Camus
A rticuli adiecta quem parte Lycaona dicunt,
D onaq́; Pandoræ, & prudentia ſumma Promethei
P ro veteri Adamo quondam celebrantur & Eua.
C ui non audita eſt pomi illætabilis eſca?
N amq́; malum malo inuectum mortalibus ægris
T radita de patrum manibus ſententia manſit.
H oc erat, hoc pomũ quod Verbo incluſerat, & quod
I pſe ſuo verbo ornarat regnator Olympi.
S ed contemplata eſt ſine verbo credula pomum
E ua parens, vt qui ſine verbo externa tuentur
F lumina Baptiſmi: Quid enim ſine numine verbi
E ſt aliud pomum, niſi tantùm ignobile pomum?
S iue quid eſt vitreis ſine verbo merſio lymphis?
Q uid lapis eſt, ſi non ſint iura annexa, nec vllam
T ollit litem aruo, & partitur limite campum

Quàm

Q uàm nudus lapis, & ſpretum ſine nomine ſaxum?
S ic Eua à verbo pomi iam abducta, repentè
I ntuita eſt nudum pomum, ſpecioſaq́; multa
H inc ſibi promittit, rationeſq́; inſuper audet
C onferre ipſa ſuas cum nudo perdita pomo,
E t nunc, inquit, ero Dea vera, atq; ille maritus
Q uem penes arbitrium rerum, ô pulcerrima rerum
H oc tibi debetur pomum, neq́; pulcrior vlla eſt.
A t pomum verbo incluſum, vitale quod antè
E xtiterat, iam fit ſine verbo triſte venenum,
E t lethale malum, violatoq́; ordine iuſto
E ua rea æternis damnatur ſubdita pœnis.
H inc Eridos pomum fertur finxiſſe vetuſtas
C redula more ſuo, quia nam mala plurima ab vno
A udierat malo ſine verbo ex arbore rapto
P rodiſſe, & magnis mundum immerſiſſe ruinis.
N amq́; E R I S è cœlo infernas deiecta ſub vmbras
T unc hominum vitæ, ſanctoq́; inuidit honori:
E rgò Dei verbo ſpoliabat nobile pomum,
I nſcriptumq́; aliter, Tu nunc eris altera Diua,
P roijcit in medium, diuinaq́; fœdera rumpit.
E t nunc inter eos hodie contentio reſtat
Q ui nudum inſpiciunt pomum ſine pondere verbi,
A ut aliud pomo inſcribunt, quàm poſtulat ordo.
S ed ne vos rapiat quiſquam de tramite verbi,
N eue vltra ſortem ſacris adfingite rebus
Q uæ non inſtituit, pepigitq́; in fœdere Chriſtus,

N ec

Nec verbum pacto diuellite ab ordine Chriſti.
Nil elementa valent ſine verbo, atq; ordine iuſto,
Sed cauſas Eridos præbent, & ſemina litis:
Quippe ea cùm verbo ſunt myſtica ſigna ſacrorum.
Ritus enim, vel ſigna vſus expertia veri,
Nulla repræſentant rerum monumenta ſacrarum.
Sic vbi Pontificum cultus taxaret inanes
Ex fidei ratione probans ſua ſenſa Melanthon:
Eccius en amens animi, non hiſcere contrà
Auſus erat, ſed enim furijs correptus & ira
Dum parat ille ſitim forti reſtinguere vino
Feruidus, accenſum vino diſſoluitur epar,
Nec docti eualuit conuellere dicta Philippi,
Ad varias quanquàm ſe vertit callidus artes,
Sed fremitu ingenti migrauit corpore vita.
Hæc norma eſt aries qui pulſat regna Papatus
Impia conuincens deliria, vt improbus audet
Fingere ſe Chriſtum manibus geſtare ſacerdos,
Ac reprobis, vacuiſq; fide dare corpus edendum:
Quod qui fortè probant, non ſe de gente Papatus
Defeciſſe putent, ſed adhuc fundamine eodem
Sacra fouere eadem, ſenſuq; tenere ſiniſtro
Myſtica ſacratæ paßim conuiuia cœnæ.
Non te formatæ Cereris includimus orbi
Expertes vſus veri, legumq; tuarum,
Cum neq; ſub cruſto lateas, ſed cordibus ipſis
Inſinues te Chriſte fide, quò munera vitæ

Inſtilles ægris, qualis cum ſurculus altæ
Arboris in ſtirpem ſuccreſcit, & imbibit illic
Nutrimenta petens alieno è germine vitam.
Sic tu Chriſte iubes mirandi fœderis huius
Quo tibi nos vnis, ceu viti palmes inhæret,
Eſſe notas, panis monumenta externa, meriq;
Sumta fide, cum te, cum dona in ſanguine parta
Diuidis, & viuens habitas in pectore noſtro
Membra tuis membris ſocians: ſic nempè locorum
Quæ ſpacio diſtant, Flatu vt iungente ſub vnum
Corpus eant, quamuis nos in tellure moramur,
Atq; tuum corpus patris ad latus hæret Olympo.
Ergo hæc fama pias Lutheri vt venit ad aures
His te auſum dictis commenta reuellere Papæ:
Lætitia exilijt, ſolum te laude ferendum
Vociferans, ſolum te exactè ſcripta tenere
Antiqua, & ſacras tractare inſigniter artes.
Gratia magna tibi, nouit te veſper & ortus
Sancte ſenex, curſusq; tuos, actosq; labores,
Et ſtudia, & mores, numeroq; carentia dona.
At tibi ſumme pater cum Nato cōpare, & aura
Viuifica tecum, ferimus de pectore grates,
Qui tantis noſtras decoraſti heroibus oras,
Et verbo armaſti, queîs Spiritus vtitur armis.
Hi nunc carne vident Verbum patris æthere in alto,
Et iunctis precibus, conſorti & carmine honorant.
Dij ſanctis illorum vmbris dent pace potiri,

Qui

Qui feræ ſoboli fidei documenta ſepultæ
Ritè repurgarunt iterum, in lucemq́; tulerunt.
Quòd ſupereſt, quoniam pars hæc mihi tradita vati eſt
Ferre pijs vmbris grato ſolennia verſu:
Non tu carminibus noſtris indictus abibis
Inſignis fama, & venæ bonitate Sabine,
Itala quem tellus vatem mirata canentem eſt
Bembe tuis hortis Muſarum aſtante corona,
Auia dum reſonant auibus virgulta canoris.
Felix ſi demum Auſonias non miſſus in oras
Veniſſes, nec ſors reducem te fata tuliſſent
Correptum morbo, ſocerum nec morte ſecutus
Cui damus inferias, iam mecum in amore maneres
Incepto, & dulci mecum tua Muſa Philippum
Concineret verſu: nec te mihi gratior vllus
Cum puer inciperem blandis dare tempora Muſis.
Nec tu Lotichi fama, venâue ſecundus
Vatibus Auſonijs, quem iuxtà clare Micille
Ad Nicri ripas vicina in ſede quieſcis.
Te quoq́; Stigeli præſtantem carmine & arte
Extinctum lugent Muſæ: Te barbitos Heli
Ieſſæa: egregijs numeris qui cœlica verba
Ornaſtis: qualiq́; Aronis virga nitebat
Flore nouo, tali decoraſtis carmine Chriſtum.
Vobis parta quies, & veſtris ocia Muſis,
Saluete æternùm ſimul, æternumq́; valete.

IN NATALEM DO-
MINI.

E c melior, nec maior erit Sapientia cœlo
N Congreſſu in medio ſuperûm, niſi cernere vultu
C um dabitur propiore Deũ, mirandaq́; vincla
N aturæ duplicis miranda in prole parentis.
N ec vidiſſe ſemel ſat erit, iuuat vſq́; morari
A ſpectu, & geminæ ſtirpis pia fœdera, & ipſas
V eſtigare animo cauſſas, ſemperq́; recenti
L æticiæ indulgere ſuper molimine tanto,
E t ſuper hac bonitate Dei, & imagine amoris.
F elix ô cui ſe manifeſta in luce videndam
M aieſtas æterna dabit: ſimul ille profanos
A rguet increpitans, tantiſq́; incredula rebus
A gmina, nec toties patefacto numine mota
C onuincet viſu: ſed enim ſub vindice flamma
C onuinci æternùm tantos gens illa furores
S entiet, & ſcelus æterna iam in morte reuelli.
I ntereà pater ipſe Deûm tamen eſſe piorum
C oncilia in terris voluit, quæ cœlitus acta
A ſſererent dictis, populiſq́; exacta referrent:
V ulgariq́; cupit famam, & conſtare per orbem
N oticiam Nati, qui ne mortale periret
O mne adeò genus in terris, Deus æthere ab alto
V iſit humum, verumq́; hominem ſeſe ore ferebat
C onſortem indutus maſſam, ſine crimine maſſam,

Quem

Quem pater ad pœnas ardens ob noſtra repoſcat
D eliquia, vt culpam hanc ipſius morte piaret,
V nus pro multis qui fata impleret, & vltrò
S anguine depoſito debentem vindicet orbem,
E uerſo & lethi imperio, ſceleriſq; nefandi,
I uſtitiæ iam dona iterum, vitamq; per altum
Æ thera, in antiquam ſortem ferat, & patris iram
S upplicibus ſuperet votis, flectatq; precando.
E t modus eſt ſimplex, cõpendiaq; vna ſuperſunt
C oncilium quibus ipſe Pater ſibi cogere cœlo
H umana de gente parat, dum munere verbi
P er populos dat iura, viamq; oſtendit Olympo
V oce ſacra, cuius medio de munere ſolùm
F ilius in terris vires agit, intus & aſtans
N otitiam dat habere ſui, dehinc obſide Flatu
F œderis obſignat leges, hocq; omine firmat
Q uæ pepigit dictis: aliter, non artibus vllis
V incere, nec cœli poteris euadere ad auras.
S ed licet æternam ſeriem, & vim numinis alti
N aturamq; Dei, ſtirpemq; in prole gemellam
V nitam nexu, tàm anguſto in lumine vitæ
N on acie aſſequimur, defectaq; robore mens eſt:
I pſe tamen noſtri generis velut induit artus,
P artem aliquam noſtri generis ſic ipſe docendo
F ilius informat, ſigniſq; ita firmat, vt auſint
E t dictis adhibere fidem, & ſpem figere in illis,
A ſſenſuq; ſequi patefacta tot ædita diuûm.

H is licet obſiſtat circum præcordia languor
P lurimus, aſſenſumq́ premat, tamen inſitus aluo
N on maturus adhuc alitur ceu fœtus, apertos
P er cotylæ ductus, & tandem luminis vſum
E xpectat: ſic ſorte data, velamine verbi
O btenti ſecurum agitant immuniter æuum,
E t ſacro impleti flatu ſaturantur, & optant
I re ad conſpectum cari genitoris, & auras
L umine perfuſas cœleſti, & munere vitæ.
I nteream dum fata ſinunt, auraq́ fruuntur
M ortali, nec adhuc cœli ſunt luce recepti,
P rimitijs ſtudij dedunt ſua pectora, & vltrò
I ndulgent operis cœleſtibus: ipſaq́ tandem
A ccipienda Fide cœleſtia munera norunt,
Q uaq́ datur, dictis inhibent, & probra reuellunt
F acta Deum contrà, ſtudijſq́ animiſq́ parati
V el mortem inſignem Chriſti pro laude paciſci.
Q uare agite ô homines quando ipſa volubilis anni
T empora, tantarum renouant præconia rerum,
M irandoſq́ ortus pueri, iunctaſq́ duorum
N aturas generum, ſecum, inter ſeq́ volutant
C hriſticolæ, feſtoſq́ dies de nomine Chriſti
L æti agitant, Regiſq́ noui venerantur honores,
C uius ab auſpicijs iam priſtina commoda mundus
I ngreditur, quibus exciderat defectibus Adæ:
N os etiam acciti tantarum ad munera rerum,
P arſq́ pij generis, quod verbi inuoluit amictu

Rex

R ex ſuperûm, placiduſq́; fouet, vireſq́; miniſtrat:
L inquamus terras animis, iuuat æthera mente
C oncipere, atq́; ipſum votis expoſcere Chriſtum
I nformet mentes, fatiſq́; abſtruſa recludat,
I nq́; dies, incepta ſuæ primordia lucis
P rouehat, inq́; animis ſacrata ſuſcitet aura,
V t tantis vitæ in tenebris propiore fruamur
C ognitione ſui, veroq́; leuamine cordis
P ræſentem experti videamus numine amico.
A t non hæc nullis animis opera alta Parentis
E xpendat mortale genus, mentiſq́; benignæ
A rgumentum ingens, diuini & pignus amoris.
N am quæ te cauſſæ miſerantem incommoda noſtra
I mperijs egêre ſuis deſcendere Olympo,
E t noſtri generis tibi Chriſte inducere maſſam?
H umana ad nihilum penitus natura rediſſet
V icta, parata neci, legem niſi fata tuliſſent,
V t res humanas extrema in ſorte locatas
F ilius aſſumta mortalis imagine maſſæ
C omponat medius, cognataq́; viſcera ſecum
S uſtentet Deus ille Deo genitore creatus,
A tq́; humeris præ ſe portans, ita fœdere facto
A ſſereret gentes ab iniqua lege Tyrannûm.
E rgò etiam Iſaciden medio iam in turbine lethi
V erſantem, & natos fatorum arcana docentem,
A ccipimus dixiſſe Silon de virgine natum
S eruatorem hominum cœliq́; orbiſq́; potentem.

N am fragili cinctus maſſa, fit & ille cruenta
A ſsimilis pelli cum crimina noſtra piaret:
A tq; illa ipſa Deus ſeruans velamina maſſæ
I ndeiecta ſuæ, nos clauſos ſeruat in illis.
D einde vbi iuſta Dei cenſura, atq; integer ordo
I uſticiæ, impenſis pœnæ pro crimine facto
P oſceret impleri: tùm ſors æquata ferebat,
C ùm genus humanum vetitos admiſerit auſus,
V t quis in humana pœnam quoq; gente ſubiret.
A t nec homo poterat rebus par eſſe gerendis,
N i ſoboles æquæua Patri, mortalia membra
S uſciperet, tantaſq; vices abſolueret vltrò.
P ræterea triplici deuinctus ſorte Redemtor
F laminis exercet munus, dum iuſſa parentis
P rimus ad ora hominum vulgat: dum labra reſoluit
P ro miſeris conducta reis: dum ſiſtitur aris
S acra ferens, noſtroſq; pians velut agna reatus.
N ullum adeò genus in terris, nullumúe creatum
I re, redire vias adytis, atq; alta tueri
M ente poteſt conſulta Dei, nec corda petentûm,
N on animum, mentemq; Dei, Sed Filius aſtans
Æ ternùm inſpector, natuſq; in corde Parentis,
H ic noua gratuitæ profert decreta ſalutis.
Dehinc vt ſorte pari preciũ pro crimine conſtet,
V eri hominis, veriq; Dei ſe ſtirpe ferebat.
D eniq; non ſat erat tàm dura expẽdere tantum
S upplicia, atq; extrema pati: ſed enim arduus ipſe

Vt

V t genus humanum ſtygijs ſeruaret ab vndis:
I lle metus omnes, hoſteſq́ Acheronte remiſſos
S uppoſuit pedibus, mortemq́ in iura redegit
O mnia in antiquum referens quibus excidit Adam.
V erus & Immanuel, præſens & vbiq́ locorum
A gmina ſuſtentat credentum, atq́ alleuat vlnis
O re fouens, vitamq́ animis ſolamine dicto
I ntus agit, monſtratq́ patrē, Patris inſtar in illo eſt,
D eq́ ſuo flatu partem in pia pectora fundit.
E t dubitant Homines amplecti hæc munera, &
M uneris auctorem fido ſupponere cordi? (ipſum
S alue nate Dei tenui qui ſorte ſub orbem
V eniſti, vt noſtram ſortem, & mala cuncta leuares,
A biectuſq́ lates inter ſtabula alta ferarum,
V t nos excipiant ſpecioſa palatia cœli:
O ſate mentē Dei collapſam labe ſalutem
Q ui reuehis nobis, æternaq́ munera reddis
I uſticiæ, pulſumq́ hominem ſuper aſtra reponis:
E t nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
E ffice vt hoc anno ſæui inclementia Martis
P er maria, ac terras omnes ſopita quieſcat.
I mmunem à cœli morbis, ſæuoq́ furore
D a patriam hanc, videas quo ſit diſcrimine rerum
H ei miſera, & viduata ſuo rectore Philippo,
Q ui Patris, laudeſq́ tuas prouexit in orbe,
N unc ô nunc dubijs tantum ne deſice rebus:
P er te confecti curis, morboq́ leuamen

A ccipiant, duce te contingant ſydera cœli.
Sed velut obtectum fœno, & præſepe latentem
I nquirunt reges extremo Oriente profecti,
E t pueri teneris fundunt munuſcula cunis:
S ic qui partem aliquam cœli quoq; in agmine habere
E xpetitis, luſtrati animis accedite cunas,
E t Regis præſepe noui: date munera egenti
C um puero Matri, vobis meliora dabuntur.
N empè Miniſterium ſpecimen præſepis adumbrat,
H oc illi domus eſt, nec longè ſcilicet ille
Q uærendus vobis, præſens agit omnia verbo,
I llic, non alibi, Chriſti datur ora tueri,
E t penitus tanti ad Regis peruadere honores.
E t ſi qua eſt vſquàm pietas, ſi gratia reſtat,
S i quis amor Regis tanti, date digna miniſtris
P ræmia, & adpoſitis cumulate altaria donis:
D ij pia facta vident, & habent ſua præmia grati.

INFANTICIDIVM HERODIS.

Nde tot auditi gemitus, vnde horrida quæſo
V Lamẽta hæc, furor vnde ingẽs, miſeriq; tumultus,
Q uidúe petit fragor armorũ, vagitus & ingens
I nfantum, lacrymæq;, & fœminei vlulatus?

Quo

Quo noſtro morimur ſcelere, aut quònã obſecro tanti
Cauſſa mali eſt? ſunt hæc propius iam cerno nefandi
Imperia Herodis, concepti & damna timoris,
Audierat ſed enim felici ſydere natum
Nuper iure nouo Solymas qui ſubderet olim,
Et latè populos victor ditione teneret,
Id metuens, tenerum ab radice auellere florem
Conatus, parat inſidias, longeq́ iubetur
Ab dolor infantum, latèq́ miſerrima cædes,
Dij tantùm prohibete nefas, dij auertite caſus.
Nam quæ te culpæ, & regnandi dira cupido
Impie Rex agitat, non is qui naſcitur vnquàm
Optabit tua regna, metum compeſcito, quid, quid
Infantes meruêre ferus quos enecat enſis?
Hi noua bellorum facies, heu Martis iniqui
Aſſuetum nunquàm facinus: Quis talia fando
Audijt armatas ferro ſæuire cohortes
In pueros matrum pauidos, ac prorſus inertes
Oppoſita pugnare acie, & decernere ferro?
Ecce implent ſubitis matres plangoribus æthra
Attonitæ, laniantq́ comas, & ab vbere raptos
Lactantes iugulare vident, & funere acerbo
Damnari, videt illa ſuo cunabula tingi
Sanguine, colliſum hæc nati caput aſpicit, illum
In gremio trepidæ matris fodit enſis adactus.
Diffugiunt aliæ per templa, domoſq́ deorum,
Amplexæq́ tenent natos, atq́ oſcula figunt

Orantes

O rantes veniam, & necquicquam poplite flexo
P ro natis ſeſe obijciunt, mortemq́; precantur.
N on precibus, non vlla hoſtis pietate mouetur,
S acrilegaq́; manu innocui mactantur ad aras,
I ncautum veluti cum inuadit ouile luporum
M agna cohors, quos dira fames exaſperat, ingens
C ertatim pecoris fit ſtrages intus, & omne
S ternitur infelix miſera ad præſepia vulgus.
F ortunatæ animæ quibus ipſo in limine vitæ
C ontigit oppetere, & tanti pro nomine Regis
O biectare neci caput, & ſuccedere pugnæ.
F elices puerorum animæ, vos nulla tacebit
I n longum producta ætas, æternaq́; vobis
N omina erunt, dum relligio ſincera manebit,
Q uæq́; fides Chriſti meritis innixa quieſcit.
V os primi monſtraſtis iter quod ad ardua lætos
R egna beatorum ducit, vos prælia primi
T entaſtis magni ducis ornatura triumphos:
V os primùm è cœlo ſuſcepit plauſus ouantes,
D um ſacros magni currus anteire Tonantis
S orte datum eſt, & iam lætum Pæana canentes
P urpureas capiti inſigni de fronde corollas,
E t manibus florentem alto de vertice palmam
F ertis, vt expleti donatum inſigne laboris.

N*On hæc veſtra ſalus quòd Abrami ſemine germẽ*
D ucitis, aut nullam traxiſtis origine labem
I nnocui: nam quod de carne parentis in aluo

C oncipitur, viſitq́; exortum lumina Solis,
N atales habet immundos, ſecumq́; deorum
O ffenſam trahit, & lethi ſubit horrida iura:
O mnipotens ſed enim vos propter ſemen Abraha
A ccipit, & gratis cœleſtibus aſſerit oris
I mmeritam nati ob mortem, ſanctumq́; cruorem.
N on opis eſt noſtræ veniam, cœlumq́; mereri
P roiectu vitæ, facit hoc tua Chriſte merendo
I ntegritas, & mors qua ſola ſydera adimus,
M ors tua ſit precium, mea mors ſit conſcia teſtis.
E t nos morte tua demerſi, & ſanguine tincti,
I am tonitru fractos ſonitus imitante tubarum
E xcuſsi ſomno tellure leuabimus artus
V eſtitos Sole, atq́; vltrò in ſublime volantes
H oſpitium cœli conceſſa ad gaudia vitæ,
C onciliumq́; Dei, ſancto qui ſemine diuûm
E t liquore ſacro, & flatu generante renati
P ectoris aſſenſus in te dux Chriſte tenemus.

SEPVLTVRA CHRISTI.

N Vnc mecum ad Chriſti felicia buſta venite
I lluſtres animæ, quas non virtutis egentes
Spiritus extimulat per mille pericula mundi

I n regno Chriſti bellando quærere nomen.
S ed non in Solymis, non quærite in vrbe Quirini,
M embra leuauit humo, ſedemq́, petiuit Olympi,
I n verbo medium ſeſe credentibus offert.
Q uòd ſi vera tenet reparatæ cura ſalutis,
E xequias Chriſto fidenti ſoluite corde:
P ro ſe quiſq́, viri ſua nunc commiſſa fatendo
P langite, nec cauſſam Iudæis quærite in armis,
Hei miſeri, nos cauſſa ſumus, nos robore ligni
F iximus, & letho inſontem demiſimus ipſi
L apſibus, ô Chriſto caput horum & cauſſa malorum.
I pſum obteſtêmur, veniamq́, oremus ab ipſo
C onuerſi in melius: ſacram ſic itur ad vrnam,
M ortales, huc ferte gradus & quærite ſacro
R elliquias tumulo, vitam, vitæq́, leuamen,
C redenteſq́, haurite, ſinumq́, implete beatis
M uneribus, letho peperit quæ maxima Chriſtus:
Q ualis ab extincto Simſon cum mella leone
E xcipit, & dulci ſoluit ieiunia paſtu.
E cce autem in ligno ligni diſpendia ſoluens
N aturæ dominus tormento affectus, vt omnem
I mpleret clamore locum, vitamq́, parenti
T raderet, & desertus Heli, Heli ore ſonaret,
E xequiaſq́, ſuo ſoluens Natura parenti
F leret, vos Solymæ teſtes, conuulſaq́, venis
S axa ſuis, cum terra ſinum diſrumperet almum,
E t complexa ſui corpus miſerabile nati

S taret

S taret acerba gemens funeſta ſub trabe mater:
E t rupe ex illa quam gens Moſaica ſoluit
I ncuſſu, alternis manaret flexibus humor
S anguinis, & prædulcis aquæ, ſolidataq; neruis
O ſſa Agni in nullas raperentur diruta partes:
T um Solymos inter patres vir cultor honeſti
N omine Ioſephus, conſors Arimathidos vrbis,
D iues opum, qui non partes implerat iniquas
A ſſenſu, regnum ſperans ſurgentis Ieſu,
S olum Pilati foribus ſeſe intulit altis
P ronus ad Heſperias cum ſol iuga flecteret vndas,
I am fidens animi, nec non in vtrumq; paratus
E t Chriſtum profiteri, & certæ occumbere morti.
E t nunc augurijs mentem firmatus apertis
N on tanta pro ſpe votis tentare refugit,
C orpus vt exanimi releuatum è ſtirpe magiſtri
R edderet, ac tumulo ſineret ſuccedere terræ.
Q uem Præſul, cui magna fuit reuerentia, magnus
G entili de more labor ſuper æthere caſsis,
P roſequitur venia, properataq; fata ſtupeſcit,
I nſuper hæc addit dictis: Equidem ipſe fatebor
N on meruiſſe mori, ſed falſa labe notatum:
M e ſi turba meis ſineret componere cauſſam
A uſpicijs, viuo veniam concedere vellem.
T eſtor numen, ait, vulgi clamoribus actum
D emiſiſſe neci, & conantem plurima dictis
P ro Chriſto, & magnum immeriti prætexere nomẽ,

Ceſſiſſe: & quæ ſit rebus iam forma videtis.
Tum Chriſto pallam ſupremũ mœſtus honorem
Induit, & pondus precioſi grande veneni
Ex re nomen habens, inſons in ſanguine Chriſti
Dona ferens Nicodemus adeſt, quæ mitteret vmbris
Inferias, corpuſq́ leuat pendentïs, & vngit
Ritibus Ægypti regum, Syriæq́ ſuperbæ,
Aut quali patrem Ioſeph decorabat honore
Exanimum, ne membra ſolo putredine victa
Sentirent cariem, & fibris reſoluta perirent:
Vtq́ reſeruatum pulcri ſub fornice ſaxi
Auguſtus Cæſar Nili per diuitis oram
Corpus Alexandri poſt longas vidit ariſtas.
Sed non iſta tuum poſcit ſpectacula corpus
Nate Dei, quia labe caret quæ noſtra reſoluit
Corpora: nempe tuis tu pro conſortibus vnctus
Læticiæ ſplendes oleo cœleſtia membra.
Sed iam ſcripturæ ſic verba implenda ferebant,
Et ſic debuerat precioſi munere luxus
Regum more coli maieſtas regia Chriſti.
Et iam candenti velatum corpus amictu
Extructis poſuere thoris, molliq́ pheretro
Subiecêre humeros, & honeſtæ ex ordine pompæ
Duxerunt greſſus, hortis vbi meta Ioſephi
Proxima, & in viuo monumentum pumice ſtabat.
Namq́ interuentu feſti, quòd inire parabat
Auſpicium, iam ſole diem condente ſub vndas,

Nulli

N ulli fas vltra progreſſu tendere campis.
E rgò vbi ſuccedunt horto, miſerabile corpus
M olliter attrectans palmis Arimathius heros
A lleuat, & gelidi componit fornicis antro,
O ſtiaq; inuoluit non mobilis obice ſaxi,
R elligione ſuis Ioſeph quæ ſtruxerat vmbris
E t lethi memor, & vitæ poſt fata futuræ.
N amq; Patrum conſors tumulis in monte Moria
E t requiem capere, & verum gaudebat Eliſam
E xpectare, ſuo qui corpore functa ſepulcris
O ſſa, iterum claras animata referret ad auras.
E cce ſed exequijs Chriſto iam ritè ſolutis
T ecta cateruatim Pilati præſidis hoſtes
C ircumſtant fremitu denſo, & iam lumine caſſo
V ni odijſq; viro, dictiſq; ferocibus inſtant,
E t rabiem inter ſe certant ſatiare ſepulto,
E t tumulum claudi ſignis, & milite poſcunt.
H is quoq; Pilatus magna iam vrgente caterua
D at veniam votis, lectoſq; ex agmine mandat
E xcubias tumuli antè oram ſeruare frequentes.
C onſcia mens nullam patrato crimine pacem
A ccipit, & propriæ terretur imaginis vmbra.
T alibus exequijs defertur corpus in vrnam
R egifico luxu, ſolenniſq; ordine pompæ:
I nq; nouo tumulo nouus hic componitur Adam
L abe carens propria, nec peſti obnoxius vlli.
Q uare agite ô homines illinc ſpes diſcite veſtras.

H ac ne Dei natum ſepeliri cernitis vrna?
F erte gradum, atq; oculis luſtrate fidelibus vrnam,
F ortunatam vrnam ſancto quam corpore preßit
V erus homo, veruſq; Deus: nam ſemper in illo
A ſſumtæ poſt carnis opus ſtirps dia manebat
I ncola perſonæ ſcindi quæ nomine neſcit.
M anſit & extincta cum carne, ſed abdidit ipſa
M aieſtatem intus latitantem in mente, breuiq;
T empore non vires ſæuo ſuper hoſte mouebat.
E rgò ſolo merſus noſtræ mala pondera culpæ
A bſtulit, ille habuit ſecum, & defoſſa ſepulcro
O bruit, inq; ſua ſepeliuit morte fideles.
N ec ſcelera in claras vltrà iam proferet auras
C enſuræ memor: in tumulis defoſſa iacebunt
L ucem exoſa, plagis Erebi ſpectanda ſub imis.
T um dolor adficiet ſontes, quòd vindice Chriſto
G ens rea, ſed conuerſa Fide, iam dona ſalutis
A ccipit, & numeros auget ſaluata beatos
S olius ob Chriſti nomen, ſanctumq; cruorem
I mpia qui paſſus fuerat faſtidia mundi.
E rgò agite intrepidi, iam victa eſt, poſcite mortē,
D eſinite vlterius lacrymis vrgere ſepulcra.
N am veluti ſancto Iordanis merſus in amne
O mnia fœlici luſtrauit flumina tactu:
S ic etiam mœſtos tumuli ſacrauit hiatus
I n terris ſacro recubans cum corpore Chriſtus:
E t fœdos angues, & fœda inſecta ſepulcri

Exegit,

Exegit, caſtoſq́; Dei reſidere miniſtros
Imperat, & dulci mutat fœda antra cubili:
Et quam perdidimus primi per crimen Adami,
Iam feſsis peperit mollem poſt fata quietem,
Forma manet mortis tantùm, ſunt cætera ſomnus.

IN FESTO PASCHATOS.

Xpectata dies venit, pulcramq́; ſerena
E Auroram Phaëtontis equi cũ luce miniſtrãt
Poſt tantas ventorũ iras, & triſtia monſtra
Viſa polo varijs clades præludere formis:
Poſtq́; tot exhauſtos noſtra in ſtatione labores,
Dum premit hunc ærumna domi, ſors aſpera cordi eſt
Huic foris, & rerum impendens manifeſta ruina
Quocunq́; aſpicias: & ſic redit actus in orbem
Humanus labor, & cladi ſubit altera clades,
Et meritò, quid enim dextri ſperare licebit
Confuſa in rerum forma, tantiſq́; periclis?
Verùm omnis dolor hinc, atq; omnis cura faceſſat,
Plus emendando gaudent, quàm multa dolendo
Numina: ſi poſt hac vitam melioribus auſis
Ingredimur, duris ſuccedent proſpera rebus:
Et lux illa quidem tot gaudia cordibus affert,
Omnis vt ærumnæ vacua, atq; expertia curæ

D ulces lætitia iactent ad ſidera voces,
Q uam ſatus ipſe Deo decoratam inſignibus auſis
I lluſtrem fama longè ſuper æthera vexit,
V t vox nulla auſit laudes æquare canendo.
T empore namq; illo rubræ de ſemine terræ
F actus homo eſt, quando diuinæ particulam auræ
I nſlauit pater, & dominari in cætera iuſsit:
E t DEVS in puræ conceptus virginis aluo eſt,
F latus obumbrabat cùm numinis: Ignis & alto
Æ there compulſus picea caligine fontes
I nuoluit Sodomas, & flammas inter anhelas
E xpedijt Lothus greſſum, vimq; exijt omnem:
E t gens Iſacidûm ſicco pede tranſijt æquor
P urpureum, ſæui fugiens iuga dura Tyranni,
E t ducente Dei nato data fata ſecuta eſt
P er fiſſas Iordanis aquas, cùm magna virûm vis
B arbaricum comitata ducem, ſubuerſa procellis
I n medijs latices epotauêre marinos,
A tq; atro luxêre igni freta cærula, & altè
I ntonuit cœlum, tremuitq; exterrita tellus.
Q uid; olim tres antè dies pro crimine mundi
H oſtia conciderat ſignatus Patribus Agnus,
L uce ſub hac iterum Lethæis victor ab vmbrïs
V i propria ad ſuperas tumulo ſeſe extulit auras
I uſticiæ ſpolia ampla ferens mortalibus ægris,
(Humanum tanti fuerat genus) arduus ex quo
S ub pedibus preſsit lethum, abſumſitq; triumpho,

Diſiectæq;

D iſiectæq́ Erebi moles cum vectibus æreis
O bnixæ crepuêre, & centum vinctus ahenis
P oſt tergum nodis ſedet atri ſpiritus Orci
A ſper, acerba fremens, ſparſoq́ infecta cerebro
V incla tuens, implet diris vlulatibus vmbras.
S ed vincla incluſit vinclis, Chriſtusq́ per auras
S pectatum ſublimè tulit, defunctaq́ vita
C orpora Sanctorum ruptis excita ſepulcris
R eſtituit ſecum iucunda ad lumina vitæ,
P romeritus nobis rediuiuum carnis honorem,
P erſimilemq́ ipſi formam, rapidumq́ vigorem,
E t claros artus, ſecuraq́ membra laborum.
N am caro peccati maſſa vt concepta ſub aluo eſt,
I nq́ auras producta agitat nunc duriter æuum:
I n terram redigi debet, rurſumq́ reſolui
I n cinerem mandante Deo, quia labis inhæret
Plurimùm adhuc animis, ſtimulatq́ cupido ſuperſtes.
E t prius in foueis abſconſi, corpora ſommo
S ternere oportet humi, donec de corpore putri,
E t cinere informi, tandem noua corpora Chriſtus
E fficiet, puri radijs certantia Phœbi,
V t qui de cinerum maſſis vitra lucida conflant:
A tq́ nouis iterum exuuijs, nitidiſq́ iuuenta
V eſtiet oſſa hominum, viridis quæ graminis inſtar
P ulcrum oſtentabunt florem, longeq́ nitebunt.
S ed qui compoſiti letho in tellure quiêrunt,
O llis ſomnum ingens rumpet canor, oſſaq́ & artus.

 P ermixti

P ermixti inter ſe ſua quiq; ad membra redibunt,
E t nutu citius ſupera ad conuexa leuati,
T ranslatis olim ad ſuperos in corpore viuo
O bnia perpetuò iungent commercia cœlo.
P ro quibus, vt dignum eſt hodiè perſoluere grates,
C redentûm gens omnis, & agmina flammea cœli
Dulciſonas ſoluunt Chriſti in præconia linguas,
H uncq; diem ſaluere iubent, lætumq; per orbem
A pparere pijs iterumq; iterumq; precantur,
E t cantum ingeminant chordis, & voce ſequuntur:
V ictor iò, bellator iò, dux ætheris alti,
S is bonus ô felixq; tuis, te te arbiter Orci,
T e Stygij tremuère lacus, tu vincta leuabas
A gmina, & immiſſò trepidabant lumine manes.
T artareum ipſe manu ſerpentem in vincla trahebas,
D ux quanquàm gregis, atq; inuictus viribus eſſet.
T u patrum manes Erebo deducere adortus,
T u mortis truncaſti aciem qua fecerat ictus,
N ec vim tela ferunt vltrà, nec amara ſapore eſt
A mplius, in dulcem vertiſti namq; ſoporem.
N ec canis inferno porrectus corpore in antro
L atratum exercet, nec morſibus appetit vmbras.
V eniſti tandem multùm exoptate Redemtor,
Tempore quem tanto Patres procul expectabant
L anguentes deſiderio ſub nocte profunda,
V t tecum è ſicco transferres gurgite ad auras
F ortunatorum nemorum, ſedeſq; beatas,

Reſpiciens

R eſpiciens clauſos tenebris, & carcere cæco.
E t ſic voce canunt: reſponſant ardua cœli
C onuexa, & cantu longè,latèque reſultant.
E rgo agite ô homines ſacris præſentibus acti
F ermento luſtrate animos,ſint neſcia fellis
P ectora,ſincerum quæ relligionis amorem
A mplexa, in puris traducant moribus æuum.
E ſte pij, placidiq́, fidemq́, oſtendite factis
E gregia qui nunc vitam excoluiſtis in arte,
G audia teſtantes ſacra quòd Chriſtus in Ara
I n mortem noſtra pro libertate cadebat,
Q uiſq́, miniſterio ſua debita munera ad aram
O fferat, & digno veneretur honore miniſtros.

IN PENTECO-
STEN.

I quando curas humiles,terramq́, peroſus
S I n ſublime volas, adytiſq́, inſiſtere cœli
M ēte iuuat,voluiſq́, Dei patefacta ſupernè:
A ut formam fidei memorans, tres ordine certo
P erſonas, ſed numen idem per vota fateris:
E cquid ad officium laudis, grateſq́, ferendas
V erteris, vt primùm ſubeunt ingentia ſummi
D ona Dei, quæ multa pius mortalibus ægris
N ec numero,nec fine vllo largitur ab alto,
D um vitam informi primus tibi factor & auctor
I ntus agit, penituſq́, fouens producit in auras,

E t natum vnigenam ſummo demittit Olympo
I n terras, vt morte ſua genus omne piaret
Mortale, & cœli faceret ditione potiri,
S piramenq; ſacrum quod vtriq; eſt numine compar
D onat habere pijs, & teſtem, & pignus amoris,
E t cœli bona, & æternæ commertia vitæ.
A ltius hæc, quicunq; vacas in vota preceſq;,
S unt verſanda animis, patefactaq; numinis alti
I ntenta penetrare acie, & luſtrare neceſſe eſt,
A tq; fatigandus genitor prece, quò bona vitæ
P ræſidio leuet ipſe auctor rerumq; hominumq;,
E t natum ob medium (ſolum quem propter amore
P roſequitur mortale genus regnator Olympi)
E xcipiat miſeros patris indulgentia ſummi,
E t per inacceſſas tenebras, flexuſq; viarum
O blitos rectiq; boniq;, & falſa ſecutos
R eſtituat, lucemq; iſtam mortalibus ægris
I gnotam accendat, Flatuq; regente ſacrato
P andat iter verum dubijs, curſumq; gubernet,
E t puram affundat deterſis mentibus auram:
Q uandoquidem noſter vigor, & vis corruat omnis
H auſta citò, incaſſumq; abeant opera atq; labores,
N i propius celerans greſſum, & ſua numina firmans
S piritus intus agat, totoſq; infuſus in artus
E xpediat molem rerum, euentuſq; miniſtret.
N am cum ſe obijciunt animis diſcrimina noſtris
M ulta modis multis, occultuſq; imminet hoſtis,

E t nunc hos aditus, nunc illos arte pererrat,
S emper & aduerſis nitens caro pugnat habenis
I n ſuperùm leges, medio tum, in turbine rerum
S piritus adfulget feſſis, atq́ irrita frangit
T entamenta, ſuoq́ magis nos robore fulcit
P ræſtans tutelam, & rebus ſolatia in arctis.
E rgo agite, & quoniã Chriſto gens dedita paſſim
H os celebrat de more dies, totumq́ per orbem
I am recolit veteres patefacti Numinis actus
L egis in exhibitu, miſſuq́ volatilis auræ,
A uræ quam genitor ſpirat cum compare nato
C onſortem, æqualem, communem ambobus amorem,
I gnem, quo Pater & Natus per mutua amantes
C onnexi inter ſeſe hærent, ſociaq́ tenentur
M ente, nec auelli poſſunt diſcordibus auſis:
N unc fiant ſua vota Deo, maiorq́ precandi
A rdor agat mentes ſtimulis: Non verba precantis
V nquàm arcet, refugitq́ humili de corde profecta.
Q uàm bonitas immenſa Dei eſt, quòd in agmine
I lluſtri augurio cœleſti tradita voce (tanto
L ex fuit, in geminis duro ex adamante tabellis,
C um populus ſtetit, & ſtupuit, geliduſq́ per artus
H orror ijt, totoq́ hæſit ſub pectore ſanguis.
E t iam ſumma procul fumabant culmina Sinæ
A duentante Deo, & tremere omnia viſa repentè
C aſtra Ducis, Syriæq́ acies, totuſq́ moueri
M ons circum, atq́ cauis penitus mugire latebris,

E t miſtæ in fumis latè volitare fauillæ.
I ntonuêre poli, & nebulæ ſubluſtris amictu
I gnis ijt, teliſq; apices afflauit anhelis.
H inc exaudiri voces, iraq; Tonantis,
E t ferri ſtridor, fremituſq; immane gementum.
Q uandoquidem Deus ille Deus iuſtiſsimus vnus
S cire cupit gentes qualis ſit & ipſe, quibuſq;
C ultibus, & quanto cumulari malit honore,
N oſq; ideò eſſe ſatos vt legis ad inſtar agamus.
Q uin medius dedit ipſe manu cœleſtia Legis
I ura Dei natus, populumq; affatus euntem eſt:
N am datus in medium eſt inter patremq; homineſq;
V t per eum noſtris animis collapſa viciſsim
R eſtituantur, & exactè ſua debita legi
S oluantur, noſtræq; vices præſtentur ab illo.
O largis fœcunda bonis ſapientia legis,
Q uam talis pompa eſt Sinai ſub monte ſecuta,
N ec ſolis patefacta viris de ſemine Iudæ,
S ed genti humanæ magnum quæ ſparſa per orbem,
E t natis natorum, & qui naſcuntur ab illis.
S it procul ergo furor Cyclopũ, & vana docentũ
A ſpera qui de lege Dei ſunt verba locuti,
A ut illam ad furcas, Moſenq; ad tigna relegant.
N e mihi, ne incauto talis furor excidat, vt te
O hominum cuſtos generis, diuûmq; voluntas
Æ terna, immota, atq; animis lux inſita noſtris,

Sub

S ub pedibuſúe premam, nulloúe in honore reponã.
Q uare animis verſate æquis, & diſcite promti
Q uid lex illa Dei, quid legis poſtulet vſus:
D ehinc Chriſtum prendente fide ſupponite cordi,
D eq; ſacro intenti doctrinam adiungite flatu
S ectantes meliora, Deumq; expoſcite votis
D eſuper effundat dono ſeptemplice flatum
Q ui quondam in linguis, auraq;, igniq; coruſco
E micuit, ſoluitq; ſono variantia labra,
V t mentem illuſtret radijs, & fomite anhelo
O mnibus incutiat diuinum in pectora amorem,
N eu verbum extingui ſinat hoc in turbine rerum:
C æca hominum mens eſt, verbi niſi luce regatur.
S ed quia non aliter niſi ſparſo in munere verbi
S piritus ille datur, cùm credula corda piorum
S uppoſuêre animis verbum, intentiq; laborant:
Q uiſq; miniſterij gratum declaret amorem,
E t cuncti venerati animis, quæ copia cuiq; eſt,
D ona ferant, onerentq; aras, & debita ſoluant.

R ubus

RVBVS MOSIS,
EXODI III.
EGO SVM, ET ERO.

Vnc fatis incenſa Rubi nec perdita teſqua
N E xequar, immiſſo quæ vidit numine Moſes
F rondibus illæſis ſacratas paſcere flammas,
M oſes augurijs habitus non futilis autor,
E x quo fonte omnes hauſère oracula Vates,
N am Chriſtum in dumis oculis, atq; auribus hauſit.
I pſe ignotus, egens, quondam deſerta peragrans
D iuitis Arabiæ, ſoceri cùm paſceret agnos
F ortè gregem duxit ſacrata ad culmina montis,
M onti nomen Oreb, nomen dedit arida tellus:
A lter apex montis Sinai cognomine fertur
D ictus ab hoc ardente rubo, quâ numine claro
E micuit ſatus ipſe Deo, ſeſeq; videndum
O btulit, & ſacra per dumum in luce refulſit.
E cce autem ſummo viſus de vertice montis
L umen habere rubus, tactuq; innoxia molli
L ambere flamma comas, & circum robora fundi
S entibus increpitans, ſed enim non torrida ſenſit
D amna virens arbor, rapido nec iuncta calori
V icta calore fuit, nam blandi fomitis æſtu
F lamma amplexa rubum, virgulta impaſta reliquit.
S ed quamuis primùm monſtri nouitate mouetur
D ux pecoris Moſes, animum tamen omine tollit,

F ertq;

F ertq́ gradum propius, neq́ enim ſine numine diuũ
E ueniſſe videt, ſubitò cum Moſis ad aures
L egatus patris ætherei demiſſus Olympo
I nſonuit, noto compellans nomine Moſen
E iectum patria: namq́ illi nomina conſtant
N ota ſuæ gentis, mentiq́ hærentia fixit.
A ntè tamen plantis agreſtia vincla leuare
I mperat, & crudo perone excluere calcem
D um nouus ingreditur ſacrata ad munia paſtor
Q ui gregibus ſpargat diuini pabula verbi.
A t pauidus viſis, audito & nomine Moſes
A ntè Dei natum vultus obtendit amictu.
S ed patris interpres, fati certiſſimus index
A rcani, in triplici quod maieſtate ſtatutum eſt
I ngreditur dictis: Ego ſi pro ſorte meorum
A nxius antè fui cum fata inimica ruinis
V rgerent: & nunc ſimiles in pectore curæ
E xercent ſtimulos, moueor ſuper ipſe laborum
T antorum, & populi miſeret non digna ferentis.
N on equidem hæc nullis oculis, nulloq́ dolore
A ſpicio, penetratq́ meas vox triſtis ad aures,
V ltor abeſt longè, quòd ni mea cura reſiſtat,
I am flammæ tulerint, crudelis & hauſerit enſis.
E rgò altè auxilium vobis ex æthere miſſus
D eſcendi, vt patria eiectos in priſtina reddam,
D iuitis & Canaæ faciam ditione potiri.
E t nunc augurio tali te poſcere regem

Imperijs egêre ſuis pia numina patris.
At Moſes tanto monitu, imperioq́ Deorum
Obſtupuit, nec ſe tali dignatus honore eſt:
Heu quid agam, quæ te genitor fiducia noſtri
Tanta tenet, mène auſpicijs tot voluere caſus
Poſſe meis, tantoſq́ impunè haurire labores?
Inuenies alium tantarum ad munia rerum.
Sed patris orator dubitanti feruidus inſtat:
Moſe, quod audenti nemo promittere tutum
Auderet, tu relliquias, atq́ agmina gentis
Quam domus Ægypti dura ditione fatigat
Seruitio educes, perq́ inuia marmora ponti
Fata viam inuenient, dabitur fuga tuta per vndas
Si tellus prærepta fugæ eſt, dabit vnda receptus,
Dux ego veſter ero ſub imagine nubis & ignis.
Hoſtis terga premet, ſimilis iam iamq́ tenenti
In mare præruptum greſſus vrgebit, at illum
Suſpenſa in montis faciem ſuper opprimet vnda,
Accipietq́ ſinu vaſto, mittetq́ ſub æquor.
Tecum adero, atq́ dabo cunctos euadere caſus
Qui terra, pelagoq́ manent, perq́ aſpera rura
Concreto cum rore famem ſolabitur agmen.
Tum Moſe ardebat ſcitari, & nomina tanti
Quærere ductoris, populiſq́ exacta referre
Omine ab hoc firmans animum, & ſic ore precatur.
O quem te memorem, qualiúe ab origine ducam
Sancte Deûm, nam te non ſpernant ſydera regem,

Nec

N ec tibi vota neget terrarum maximus orbis,
F are age quis venias: Quærenti talibus ille
R eſpõdit dictis: ego SVM *quẽ cernis,* EROQVE.
S V M patris æterni proles, antiqua dierum,
Æ qualis patri, conſors in numine & æuo,
V iuo equidem, vitamq́ æterna in ſæcula duco
P rincipium & finis: Sed caſtæ virginis olim
S emen E R O, nomenq́ meum de nomine facti
D icetur Siloh, venerandum in ſæcula nomen.
N unc Iehoua vocor, ſed cum labentibus annis
N atus ero, nomen ducam ſaluator Ieſus
C um nomen venient Iſch & Iehoua ſub vnum.
I lle ego ſum, veſtris qui patribus ora reſolui
F atidico ſermone Deus, fataliaq́ arua
P ollicitus, ſeris habitanda nepotibus arua,
Q uos ego morte obita viuos nunc æthere in alto
A ſſeruo, & quondam manifeſto in corpore ſiſtam.
S it mihi fas, Superi, fatorum arcana mouere
A ltius, & ſcriptas occulto in codice Moſis
P andere res, penituſq́ ſacros recludere fontes.
N am ſi olim Chriſtus manifeſtus prodidit auctor
S e ſignari vmbris, de ſe dare plurima Moſen
A uguria, & tacitis Vates ſe prodere dictis:
T uq́ ô Paule fidem certo facis omine nobis
S æpe Dei natum Moſi nota ora tuliſſe,
C ompellaſſe patres, Ægypti carcere preſſos
I n Canaæ duxiſſe plagas, deuotaq́ regna:

Tunc

T unc & in augurium manifeſto ex omine ducor
N on niſi de Chriſto fatis ea dicta referri,
Q ui toties Moſi clara ſe in luce videndum
O btulit, immunemq́ rubris eduxit ab vndis.
T empore quanquàm illo nondum manifeſtus in orbe
A ſſumtis hominum membris veſtigia fecit:
T unc erat ille tamen diuinæ nomine ſtirpis
C um nondum Moſes, nondũ auras hauſit Abramus,
Æ ternumq́ ſalutis opus confecit, & ægros
M ortales Rex idem hominum, ſummuſq́ ſacerdos
A ſſeruit, præſensq́ Deus fidentibus ipſi
A ttulit auxilium cœlo, & quemcunq́ laborem
T ranſtulit in melius, metuendaq́ fata repreſſit:
H os tegere, & diræ potuit ſubducere pugnæ,
P roq́ viris nubem, claramq́ obtendere flammam
I pſe in nube latens, & claro præuius igne
I mmanuel, qui ſe comitem fatiq́ viæq́
I unxit, iterq́ dedit legionibus eſſe per altum,
E t pedibus rubras docuit ſuperare lacunas.
Q uamuis legatus Domini quandoq́ vocatur,
Q uamuis patre minor: cœlo quia miſſus ab alto
E docuit mentem patris, & decreta ſalutis
P rimus ad ora hominum tulit, eduxitq́ ſub auras:
I pſe tamen cum patre gerit par numen, & idem
L egatus domini, Domini quoq́ nomine fertur
N aturæ patriæ ſimilis, perq́ omnia conſors.
H inc igitur reliquis cœli differre miniſtris

Conſpi-

C onſpicitur, quorum certo ſors tempore cœpit,
Q uiq; infrà poſiti cœleſtia iuſſa capeſſunt.
Quare agite, ac animis propius cognoſcite veſtris
H unc cœlo miſſum, terris qui munera obiuit
L egati, & coràm Moſi ſermone recluſit
G rande ſui natalis opus, mirandaq; vincla
D iuerſæ ſtirpis flammantis imagine dumi
E docuit, factiq; fidem tali omine ſanxit.
M aximus ille etenim patris legatus, & inſtar
Æ ternum patris, de nomine fortè rogatus
Q uis veniat, quem ſeſe ortu ferat, an Deus alti
Æ theris, aut alius quidam de gente volucri:
R eſpondit, mihi nomen E R O: licet ætheris alti
S V M Deus, æternùmq; Deus ſine fine manebo
A ſſumtis etiam exuuijs, tamen æditus idem
F aſcia ventris E R O, dicent quem nomine Siloh.
S ic ambæ ſtirpes perſonam nexibus vnam
C onſtituent, & maſſa hominis, naturaq; diua
V nus Ieſus erunt, & erunt per ſæcula iunctæ.
Atq; vt mente Dei penitus fata abdita poſſet
A ntè animo capere, & ſignis prædiſcere Moſes,
Q uanquàm acie obtuſa, quanquàm nil lumine tecto
C ernere ſuſtinuit, ſed enim mirabile viſum
O bijcit in flammante rubo, velut Iridis arcum
P ræſcripſit Nohæ, velut altam ad ſydera ſcalam
I ſacidæ, facti certa argumenta futuri.
N am veluti ſub ſede vna rubus aſper & ignis

C onueniunt, & lignum auido non carpitur æſtu,
S ic ſacra maieſtas, quam torrida flamma figurat,
A ddet ſe ſociam mirando in ſecula nexu
S tirpi hominum fragili fragilis quam denotat arbor:
N ec tamen abſumet ſtirpem ſtirps dia caducam,
I gneus eſt illam vigor, & diuina propago
N umine geſtabit ſtabili, victamq; tenebit,
Q uam non morte ipſa ponet, ſolamue relinquet.
Q uamuis Maieſtas foris indefenſa relinquet
C orpora, & auxilio paulùm ſe ſubtrahet extrà,
N on tamen ad nexus ceſſabit inutilis intrà.
Q uamuis viuida vis animæ de carne recedet,
Cum mortem haud dubiā tranſuerſo in ſtirpe ſubibit,
N on tamen à Verbo reſolubilis vlla recedet.
Accipite ergò animis mortales omina viſi,
Q uandoquidem Chriſti perſonam in imagine prodit,
E t duplex genus, & generis duo nomina pandit,
S um Deus, & mox ſemen Ero de virgine cretum,
M anſurus quod ſum, quod non ſum deinde futurus.
S ic arcanum, ingens, & inenarrabile factum
F as ex parte aliqua vobis comprendere ſenſu,
E t puerum qui tunc inter ſtabula alta ferarum
D elituit, factorem orbis, veteremq; ſalutis
A uctorem accipere, & regem cognoſcere regum,
Q ui deinceps non nomen Ero, ſed nomina geſtat
Factus homo, natuſq; Deus, cui neſcia ſcindi
V na ligat perſona duas in fœdere ſtirpes,

Confundi

Confundi expertes inter ſeſe ordine verſo,
Certa etenim conſtant generi diſcrimina vtriq́.
Quiſquis enim huic puero dignum decernere honorē
Nititur, & duris rebus ſpem ponere in ipſo,
Longè illum à rebus natisúe, olimúe creatis
Perſonæ pro ſorte ſuæ ſeponere diſcat.
Quandoquidem hic auctor, rerum, & res condita ab
Sunt perſona eadē, miranda & lege cohærent. (ipſo
Ergò age, dum quæ ſit pueri perſona recentis
Hactenus exactum eſt, iuuet vltrà inquirere mentē,
Nam puer ille recens, æuo qui ſæcula vincit,
Compellauit auos, diuinaq́ iura per auras
Detulit, ipſe loquens perſona in numine trino,
Atq́ animo excipiens animórum prouida motus,
Ipſa dolens, oculiſq́ videns, atq́ auribus æquis
Accipiens, noſtroſq́ leuans miſerata labores.
Ipſa olim ſacris præfecit ritè miniſtros,
Et coniuratas toties in priſtina gentes
Reſtituit, duroſq́ dedit ſuperare labores.
Ecquid erat tecum Moſe, quando inuia rubri
Terga maris premeres, ſacris qui in ſentibus antè
Dixit, ero tecum: non te ſub nube, ſub igne
Præuius Immanuel ſceleratis duxit ab oris?
Ergò illos animos, atq́ illud nomen habebat
Ille puer, quo tēpore Adam, quo tempore Abramus
Carpebant auras, quod nunc quoq́ nomen in illo eſt.
Namq́ olim vt ſocijs digreſſu fida ſupremo

D ícta dabat, Reuocate animos, mœſtumq; timorem
M ittite ait, nec enim vobis non additus ipſe
V ſquam abero, & tutos extrema per omnia ducam,
E t veſtrum comitatus iter per tela, per ignes
E ripiam his manibus, medioq; ex hoſte receptos,
I ncluſosq; vtero, fœtus de more fouebo.
N ec Deus effictus nuper, ſine lumine & aure,
A ut alienus ero peregrè veſtigia ducens,
S ed propè ſum, veſtrasq; preces in rebus egenis
E xcipiam, euentusq; dabo, molemq; laborum
I pſe ſubibo humeris, mediaq; è morte reducam:
N ec diræ facies, inimicaq; numina quicquam
O fficient, propiuſue uolent ſe opponere bello,
M ecum erit iſte labor, medijs conatibus ipſi
D eficient operi, frangam tela irrita, frangam,
T entamenta premens inſtar Pharaonis agentis
L uciferi, cuius cor ſpontè induruit olim:
A tq; ita ſecuros rubri per gurgitis vndam
S anguine nempè meo rubefacta per æquora ducam,
E t vos extorres, fatiſq; immitibus actos
P er loca ſenta ſitu, nulliſq; habitata colonis
N on ope deſtituam, ſed ſparſo rore ſupernè,
C œleſti verbo, dapibuſq; implebo ſacratis,
D onec tempus erit quo fatis debita veſtris
I ntretis rura, & cœli capiatis habenas.
D urate interea, mundum, & crudelia fata
D euici, nulli fas vltrà inſurgere bello.

Hæc

Hæc ſat erat dictis fundaſſe in codice Moſis
Quæ nunc noſtra fides Chriſti de numine ſentit:
Fœlix qui Chriſtum videt in velamine Moſis.
Nam velut aligeri iuuenes in Fœderis arca
Reſpiciunt ſeſe verſis per mutua pennis:
Sic benè conueniunt priſca & noua pacta ſalutis,
Vtraq́; nam perhibent ſolo de ſanguine Chriſti
Vno, eodemq́; modo cunctis conſtare ſalutem:
Si modò crediderint, gratis ea munera reddi.
Ergò hinc certa petant mœſtis ſolatia rebus
Quicunq́; oppreſſi fatis agitantur iniquis:
Audit enim noſtraſq́; preces, noſtrumq́; laborem
Intuitus cœlo, capit acrem in corde dolorem
Victus amore hominum, cognatæ & fœdere maſſæ,
Iam noſter ſanguis, iam noſtris additus auſis
Immanuel, qui non nobis comes ire recuſat
In quaſcunq́; vias, ſeu læta aut triſtia noſtris
Miſcentur fatis, ea digeret omnia Chriſtus.
Nec iam longè aberit cum vectus in Iridis arcu
Nos cœlo agnatos, ſed terris duriter actos
Accipiet cœlo, regniſq́; inducet auitis.

POMPA MORTIS ET VITÆ IN NAIM, LVCÆ VII.

VIr bonus & prudẽs Arimathide natus in vrbe
Nomine Ioſephus, quo non pietate ſecundus
Iura dabat Solymæ populis, ſi quãdo moleſtis
Languidus à curis animum reuocare volebat,
Iura fori exoſus fragrantia rura petebat
Æmulus Abrami ſtudiorum in fœtibus agri:
Non animum modò vti paſcat proſpectus inanem
Deciduis opibus, ſed enim ſub collibus altis
Sacrati Moriæ lætum congeſſerat hortum,
In cuius medio monumentum è pumice factum
Tollebat molem ſignis ac arte politam.
Illius hîc ſenſus ea ſola, & vera voluptas
Erexit lethi memores, vitæq; futuræ.
Nam velut amiſſum recipit putris herba vigorem
Cùm ver tellurem renouat florente iuuenta:
Non aliter nouit fato reſoluta ſupremo
Membra domos animæ lucis reditura ſub oras
Ver vbi perpetuos mundo ingredietut honores.
Nec caro nec ſanguis cœleſtia regna capeſſent,
Ni prius in cinerem poſiti tellure fatiſcant.
Et quod nunc flentes ſcrobibus deponimus imis
Effœtum, deforme, animæ cui lumen ademtum:

C lara per ora Deûm fiet memorabile corpus,
N amq́; pijs cœlo reſtant ſua præmia, reſtant.
H uius ab exemplo, triſti dum pectore voluo
R es hominum varias, priuataq́; vulnera mecum
A ſpicio, agnoſcoq́; dolens, forte obuia feſſum
A rea me cepit quæ corpora luce carentum
A ntè vrbem ad fluuium, vacuoq́; ſub aëre condit,
M ollis vbi requies, nec non ſecretus ab omni
V oce locus, quà gratæ vmbræ, peramænaq́; Tempe.
D umq́; ego multa oculis rerum ſpectacula luſtro
Q uæ manus artificum ſimulauit imagine mira,
R es vna inflexit ſenſus, animumq́; labantem
I mpulit, vt vacuum curis me ad tecta referrem.
N amq́; oculos, animũq́; in imagine Pompa trahebat
I ngenuas diuiſa acies, gerit vtraq́; bellum,
Q uam varia inſignis, habitu tàm veſtis & armis,
A ltera nam mortem comitatur, & altera Vitam.
S ed motus tanti cauſſa, & certaminis huius
A ſtitit exanimis iuuenis, molliq́; pheretro
C onditus, hinc ſpoliata viro, deſertaq́; nati
F unere mœſta parens aſtabat, & vnica lecti
Pignora proſequitur lacrymans, & in agmine mœſto
E xhibet officium nato pietatis acerbum
A ntè diem, cuius ruperunt ſtamina Parcæ:
S ed Chriſtus verbo reuocatum in lumina vitæ
E xpedijt letho, fatorum & iura refixit,

D uctoremq́ ipſum flatu capita alta ferentem
D eiectum liquit Naimæ ſub limite portæ.
P rincipiò prædam redigens in iura recentem
P allida Mors greſſum torquebat in ordine mœſto,
Q uam genitam partu produxit lapſus Adami,
E t labes fera producta in ſtirpe nepotum.
S i manſiſſet Adam fuerat qua lege creatus,
T um manſiſſet adhuc noſtræ vis inſita maſſæ,
C ui pater vſuram ſparſit per membra vigoris.
T um neq́ corruptos mors lurida ſolueret artus,
N ec genus ab miſeram traheret mortale ruinam
C eu roſa fatali vomer quam præuius ictu
D ecutit, intereunt fibræ, color exit in auras.
E rgò gens hominum ſeruatis viuida membris
D egeret ætates, habitus mutata priores,
Q ualis Enoch cœlum petijt dum veſcitur aura
M ortali, nec adhuc vitæ lux alma receſsit.
S ed natura nocens lethi ſub iura redacta eſt,
E t culpa humanas corrumpit adacta medullas
S alſa velut caries conſumit acumina ferri.
E rgo pedum figit primis Mors ſigna maniplis
O ſtentans arcum pariter, geminamq́ pharetram,
Q uarum vna infecto tela illita felle recondit
T antũ animas tactura hominũ, qui immanibus auſis
N on poſuère modum, quando mens conſcia culpæ
D iſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem,
T unc & in æternam clauduntur lumina noctem

L ege

L ege Dei terrente animam longo indice culpæ:
A ltera,ſomnifero perfuſa papauere tela
S eruabat,nulloq́, innoxia ſpicula ferro,
T antum illa ærumnis finem factura, nec iræ
A mplius indicium, & commiſſi pœna reatus,
Q uandoquidem ipſe ſua ſoluit morte omnia Chriſtus,
C onſorteſq́, dedit meritorum hos eſſe ſuorum
Q ui necis in lucta fidenti corde ſalutem
A rripiunt, veniamq́, mala pro labe merentur
O b patris immenſum quo natum diligit ignem.
T um verò intendit valida vi flexile cornu,
E t duxit longè, poterant vt vtrinq́, videri
I nter ſe iungi capita, & coiiſſe ſub orbem.
A d latus incedunt pullo velamine Parcæ
D ucentes ſtabili fatorum numine fuſos.
P onè cohors longo iungit veſtigia flexu,
E t iuueni exanimo, nec iam cœleſtibus vllis
D ebenti,extremum præſtant pietatis honorem,
Q ui ſolus miſeræ matris conſorte carentis
S pes erat, in quem omnis domus inclinata recumbit:
N unc trabe contexta deponunt lumine caſſum,
Q ualem virgineo labefactum pollice florem
S eu niueæ calthæ, ſeu purpurei Amaranthi,
Q uem multi pueri, multæ voluêre puellæ
D um ſtabat terra incolumis, vireſq́, tenebat.
S ed poſtquam inflexo collo flos cernuus hæret,
N ec iam mater alit tellus, neq́, priſtina ſpirat

 Gratia

G ratia adhuc, quæ læta hominũ in ſeſe ora trahebat
N ulli illum pueri, nullæ voluère puellæ.
T um verò connixi humeris ſubière pheretrum,
P ullaq́; ferali prætendunt lintea ritu,
E t leui calamos impellunt flamine iunctos.
A t mater, non iam mater, ſed flentis & orbæ
O fficium peragens tundit ſua pectora palmis,
N ec venit in mentem rudibus dare iura capillis,
S ed ſe deſertam vocat, & ſine honore relictam,
A miſsis vt ſpina roſis ſtat ſpreta per agros.
I nterea matres feriebant ſydera planctu
C rinibus in collo paſsis, peplumq́; ferebant,
Q ualis vbi Iſacidis ducebat in Atade funus
T urba Phari, cuius triſti cum carmine luctus
C anaidum affecit peregrina in morte colonos.
H ic verò tendunt ſublime ad ſydera velum
Q uod conſerta refert noſtri veſtigia probri,
Q ualis Adam regno vetitis miſer excidit auſis
D um ſtygium regem ſibi conſuetudine iungit:
Q ualis & aſpectu ſeſe auius abſtulit, ex quo
I ncrepuit Deus, atq́; oculos per ſingula voluit
E rrabunda ſui quærens veſtigia ciuis
S i qua fortè ferant horto ſeſe obuia in amplo,
E t cùm clamaret, quò nunc te proripis Adam,
Q uem fugis ah demens? hic poſt virgulta latebat
C onſcius audacis facti, trepidanſq́; timore
S eq́; ſuumq́; nefas folijs parat abdere fici.

Hinc

H inc genus excepit noſtrum, genus omne malorum,
E t labor, ærumnæq; graues, lethiq; repentè
M ille viæ, & pœnæ miſerorum in ſedibus Orci.
S ed poſtquàm longè Mortis proceſſerat agmen,
P onè ſubit greſſu nigri moderator Auerni
Q uondam ales de gente poli, quem mille ſecutæ
H inc atq; hinc glomerantur Erynnies, ille caterua
V ertitur in media variiq; in imagine vultus
I actat vt humanum genus in ſua vincla ſubegit,
E t colubri in ſpecie malo deluſerit Euam.
N amq; reſeruat adhuc veteres in corde tumores,
A tq; ideò cœli ſenſit de ſede ruinam.
I amq; ferè media eſt illis via, quando ſepulcrũ
I ncipit apparere iugis, mœſtumq; cadauer
E xpectat, cineri ſummum qui præſtat honorem:
C ùm tractim inſequitur lugubri murmure cantus
V itai in medio quòd amara morte premamur,
N ec quiſquam immunis fati communis abiuit.
I unctus & interpres Moſaica carmina dictat
M entibus inculcans cur tanta licentia mortis,
Q uid moueat bilem ſuperis, quid mille ruinas,
P eccatum, quod nos à ſummo euertit ad imum
D iluuii in morem, & ſtygio ſub gurgite mergit,
V nius ob noxam mors greſſus intulit orbi.
V idiſſes ope defectos & mentis egentes
G randæuoſq; ſenes, æuoq; virente potentes,
I pſaq; morte magis terrebat mortis imago.

For-

F ortè ſed aduerſa fertur regione viarum
L æta acies, nomen quæ vitæ à munere duxit.
N amq; Dei natus vitæ qui frena gubernat
F ixa pedum impreßit primo veſtigia cornu:
I llum biſſeni poſt terga ſequuntur alumni,
Q ui veniſſe Deum perhibent in luminis auras,
I n mediumq; ferunt ſortes, & mille figuras
P rodidit occulto quaſcunq; volumine Moſes.
P ars inſcripta modis geſtabat carbaſa miris
I n Iordanis aqua Chriſti referentia corpus,
A tria dum genitor ſtellantis pandit Olympi,
I mprimit & capiti ſacrum veſtigia Flamen
A litis in forma qui Chaonis arua frequentat,
E t ſonus auditur conſortis ab ore parentis,
H ic meus, ô gentes, amor eſt, & ſola voluptas,
M ecum illi imperium eſt, & par ſine fine poteſtas,
A ccipite hunc animis, atq; huius figite dicta.
A dde quòd in medio velum duo ſigna tenebat,
Q ualis ab Aſſyria collectum fronde liquorem
I nfamis mulier Chriſti conſperſit in artus
I uſta trahens animo commiſſæ tædia culpæ:
H inc plantas calido lacrymarum flumine tingit,
E t veli in morem ſiccat veſtigia crine,
A tq; fide amplexum ſupponit cordibus imis,
C ui veniam indulgens mox ſoluit crimine Chriſtus.
Parte ſed aduerſa menſæ in ſtatione recumbunt
B iſſeni proceres, medio ſedet agmine Chriſtus,

Et

E t corpus cum pane ſuum, Bacchoq́ cruorem
L ibat, & ambroſia mentes & nectare paſcit.
A t ſua iungebat paßim veſtigia Chriſto
M agna cohors, veræ quam cura ſalutis habebat.
I pſe gradum accelerat præſes Galilæidos oræ
C uius ab ardenti releuauit tabe miniſtrum:
H uic adiunge alios numero quos ædere longum eſt,
N omina fama tenet, Chriſti qui ſigna ſecuti
Æ thera mulcebant cantu, plauſumq́ ferebant,
Q uòd poſtquàm fragilis nos terminus excipit æui,
I n foribus lethi potiamur munere vitæ.
C ui meritam ſoluet mortalis gratia laudem?
G ratia Chriſte tibi, qui nos de crimine ſoluis,
T u precium reddis mundus quod reddere debet,
E t mortis Dominus mortem pro lege ſubiſti.
M ors vbi nunc abijt tenſus quem contrahis arcus,
Q uò vires ceßère tuæ, quô gloria belli?
P ræda iugum excußit, temo iacet axe reuulſo,
N on habuit placidos iniuſta potentia fines.
E cce per anguſtas fauces, aditusq́ viarum
P orta ſtetit pulcris Naimæ ſub mœnibus vrbis,
V traq́ conueniunt cùm verſis agmina ſignis,
M ors exire parat, ſed tendere Vita ſub vrbem.
S ed ſtetit obnixus morti non cedere Chriſtus,
V tq́ videt viduam, flentis miſereſcitur vltrò,
A c prior aggreditur, mulier non fletibus iſtis
T empus eget, ſed fide animo, & mea numina diſce.

O mnipo-

O mnipotens natus patris adſum, infractaq́; ſæuam
I mperia in mortem teneo, qui munera vitæ
H uius & illius fidos diſpenſo per omnes,
S ermo meus virtus patris & vox propria vitæ eſt,
A d vos nam venio patris alta ſede relicta
C erta ſalus, quicunq́; meo de numine certam
O mnibus ærumnis ſpem concepere ſalutis.
H æc vbi dicta, ruit portis effuſa caterua
F uncta miniſterijs lethi, ruit obuius idem
C hriſtus ad hanc, vltraq́; vetat procedere greſſu
P ectoris obiectu, qualis cum gurgite in alto
S tat mole oppoſita rupes, quam ſpumea circum
V erberat vnda maris, lateriq́; illiſa recuruo
E xcutitur, remeatq́; vadis, illa integra perfert
V imq́; maris, cœliq́; minas: haud ſecius ille
E xcipit vrgentes, & viuida fœderis Arca
A rcam iræ, & mortis pheretrum, funeſtaq́; lethi
S crinia contingit manibus, dehinc talia fatur:
E n adſum vitam qui largior, ipſaq́; vita
C orda hominum penetrans vitalibus impleo dictis,
N unc iuuenem exanimem iubeo te ſurgere ad auras
I nſpirans animamq́; & lumina morte reſignans.
V ix ea dicta, mouet poſitum latus, oraq́; tollit
D eſuetum ad ſolem, viuoq́; arguta reſoluit
L abra ſono, certæ manifeſta per omina vitæ.
T um prædam retrahit quam mors in iura redegit,
E t nec opinanti reddit ſua pignora matri.

Nec

N ec requieuit enim donec ſæua agmina vertit
T urbata ſtatione fugæ, Dux primus Auerni
C orpore preſſit humum, & fulua proiectus arena
T artaream intendit vocem, qua protinus omnes
D emiſere animos trepidi, ac vrgente ruina
H os inimica ſuper facto premit agmine turba:
I pſa etiam aduerſo dum pugnat Marte cadit mors
A d terram, & vulſis crepitarunt artubus oſſa.
S ed mouet arma tamen, neruoq́; aptare ſagittas
D um parat, incaſſum labefacto ſtamine telum
E xcidit, & nullas habuerunt cornua vires:
E xtemplò ingentem magna vi corripit haſtam
I ntendens, tollitq́; animum, & ſpe præcipit hoſtem,
S ed non haſta ſacrum violauit vulnere corpus
P arte ſui meliore carens, fiducia quondam
G raſſantis lethi dum ferrea cuſpis inhæſit,
I llam oculos clauſam ſomno, ac extrema gementem
T urbati fugiunt ſocij, atq́; in puluere linquunt.
E t parcæ oblitæ fatales voluere fuſos
T erga dedere metu, nec dirarum vlla ſororum
C rine mouere angues, nec fidere morſibus audet.
N ec quiſquam inſtantem vlterius, lethumq́; ferentē
S uſtentare armis valet, & ſe opponere Chriſto,
S ed pugnam exoſi latebroſa in valle receptus
C orripuere, priuſquam tela inimica ſequantur.
A tq́; ea dum porta Naimæ bipatente geruntur,
T unc pauor attonitos cepit ſuper omine tanto.

A tq; his accenſi firmantur, & agmine denſo
F unduntur circum, ſpectantq; inſueta gerentem,
E t vilem inceſſum, ſeruiliaq; ora ferentem
D octorem accipiunt animis, Vatemq; ſalutant
C œlitus adſlatum, Moſis quem prodidit olim
V oce Deus, noſtræ miſſurum in imagine carnis
D eſtructorem operum Satanæ, qui compede preſſos
C riminis & lethi Stygio ſub carcere, ſoluat.
Ergò omnes triſti ſoluentes pectora luctu
V ictori Mortis monumentum è marmore ponunt,
A ddunt & breuiter facti de nomine carmen,
Viuimus hìc inopem, ſed cum ſpe diuite vitam,
M ors mihi pro lucro eſt, Chriſtus ſpes vnica vitæ.
H æc ſeries rerum Naima tranſacta ſub vrbe
I n tabulis patuit ſacris expreſſa figuris.
D igna quidem res eſt ſolerti indagine mentis,
N amq; meos gelido ſenſus mœrore leuauit
C ùm grauis ærumnis conflixit cura meum cor:
I amq; ſatur rerum cœleſtem ſpero ſalutem,
C edat honor mundi, vulgi fauor, ardor habendi.
F erte pedem huc omnes ſubeunt queîs tædia vitæ,
Q uorum nulla pijs reſpondet gratia factis,
H æc animos reficit preſſos mœrore figura,
S i modo ſi veſtris animis ſupponitis illum
A utorem vitæ, mortiſq;, Erebiq; potentem.
N am licet Adami lapſum cum labe ſecuta eſt
P allida mors, cunctiq; vna ceu lege tenentur

Fata

F ata ſubire ſemel, quibus ad ſæcla vltima mundi
N on datur abruptæ ſpacium producere vitæ:
I pſe Deus tamen, ipſe Ducem mortalibus ægris
C onſtituit, Vitæq́ dedit ditione potiri,
Q ui miſeros & ab hac, & ab illa morte perenni
M orte ſua immunes faciat, cœloq́ reponat.

PARADISVS, SEV HORTVS ADAMI.

Q Vam benè viuebant antiquo tempore Patres,
Q uorum compoſitus menſis conuiuia duxit
F ilius ipſe Dei noſtræ ſub imagine carnis,
H oſpes vt in Mamre menſis conſedit Abrahæ.
N am quoties menſis iuncti vixêre ſub iiſdem,
V tile colloquium ſanctis de rebus habebant:
Q ualis ab hoſpitibus Simſon reſponſa petebat,
D eq́ apibus nectens ænigmata, deq́ leone
A rgumenta dabat nodo contexta tenaci.
E t Medi iuuenes tabulis ſua ſenſa notantes
M ulta ſuper forti rogitant à rege Dario.
Q uiq́ Bohæmorum geſtat Fernandus habenas,
S æpe Machaonia compellat in arte peritos
B alſamea de fronde ſagax, herbiſq́, feriſq́.
I ſta ſolent dulci mulcere ſapore palatum

F ercula, ſermonum tali conſperſa lepore.
O di luxuriem, nimium quæ prodiga rerum
H umanos animos in bruta ferocia vertit,
V t Circe in pecudes ſocios mutauit Vlyſsis.
N unc quoq; dum læti menſa conuenimus illa
L egitimos ornare thoros, & dicere verſus,
S umite materiam veſtræ quæ congrua ſorti eſt.
O rator cauſas, de ſtiuis narret arator,
D e terræ venis foſſor, de carmine vates,
Q uæ tibi non data ſunt, attingere munia noli.
N on me cura premit regum quid agatur in aulis,
R ex ego ſum ſi ritè pedes in carmine cedunt,
S yllaba nec numeris rectè digeſta repugnat.
H îc ego non Xerxes eſſem, non Lydius ille,
P ar animus Cræſo eſt, ſed res cum paupere Codro:
Q uæ deſunt homini Deus omnia ſufficit vnus.
E t Iob cultor erat veræ pietatis, & æqui,
F ors non æqua fuit, ſed erat Deus æquior illi.
A t mihi materies dictu quæ ſuauior eſſet
N on venit in mentem, quàm nobilis hortus Adami,
Q uem ſacer occulto deſcripſit codice Moſes.
H îc mihi cum rebus verborum lata patebit
A rea, reſq; bonas vltrò bona verba ſequentur.
P rincipio ſatus ille Deo qui condidit orbem
Q uicquid & orbis habet, ſine quo nil condidit vſquã
O mnipotens genitor, ſexta iam luce, priuſquàm
F actus homo autoris cœpit ſimulacra referre,

Irriguum

I rriguum miris plantauit cultibus hortum
A rtis opus magnæ, magnus ſed in arte Magiſter
E micat, & dominum loquitur natura potentem.
N ec quiſquam eualuit tantos æquare paratus
D um locat impenſam diris qui ſubiacet horto,
H umanos ſuperat diuina potentia captus.
N amq́ opifex horti Deus eſt, qui victor Auerni
C um nece plantaſſet miſeris mortalibus hortum,
E t latice, & fuſo ſub morte cruore rigaſſet,
M agdalis ad vultus olitoris imagine vili
C onſtitit, vt tenebras vix aurea diſpulit Eos.
E ſt locus à diuis in amœnum conſitus Eden
E ôa de parte ſoli, vos flumina teſtes,
Q uatuor aduerſo labentia flumina tractu,
I mmiſſæq́ feræ nemori: licet efflua cœlo
I lluuies fontem ſcatebris excuſſit auitis
F œlicem inſano contorquens vortice ſyluam.
D elitiæ nomen dederant, vt Adonidis horti
C ultibus æternum meruêre in ſæcula nomen.
N unc age cultorē expediā quem protinus horto
A dmouit genitor, vetiti quâ criminis expers
M ille voluptatum ſpecies hauriret abundè.
N am collecta fides Adamum rure Damaſco
A rguit eſſe ſatum diræ quâ conſcia ſtragis
H ei dolor, immaduit germano ſanguine tellus.
N am genitor pulſus cœleſti degener horto
H ac iterum ſtetit exul humo, ſed funere nati

P ollutum hoſpitium fugiens, crudelia rura
D eſeruit, Canaæq; plagis veſtigia tendens
S edibus ad Chebron poſitis penetralia fixit,
A tq; illic placida compoſtus pace quieuit.
N ouit enim, nouit penitus tellure ſub iſtà
(Æ mula quæ quondam diuini floruit horti
C ùm nondum Sodomen vltrix abſumeret ardor)
E xacto ſpacio promiſſi Seminis hortum
S urgere, quâ lætas arbor vitalis in auras
P rodeat, amiſſam reddat quæ manſa ſalutem.
A t Caìn, vt memorant, cognati funeris autor
N on procul à Libani cultis radicibus Hanoch
C ondidit, & diras eduxit ad æthera moles.
V erùm hæc anguſti conſtrictus limitis ora
D eſero, nam terræ poſitum in regionibus hortum
L aude veho, & nomen ſublime ad ſydera tollo.
F ortè duo aduerſa Luci regione patebant
F atali arcanas ſeruantes arbore vires.
H inc loca virgultis conſerta expleuit amœnis
V ana ſuperſtitio, rerumq; à luce ſacrarum
I mpoſuit nomen Luco, diuiſq; dicauit,
Q uem neq; fas igni cuiquam, nec ſternere ferro.
A lter erat dictus vitæ de munere lucus,
F lorea nam varios fundebant brachia fœtus,
M alaq; per campum ramis excuſſa iacebant
Q uorum rubra latent lento ſub ſubere grana.
H inc Adam dum vita prior ſine labe manebat

Carpe-

Carpebat fructus quos ipſa volentia rura
Spontè ſua tulerant liquidas in luminis auras.
Hîc focus, atq; penu conſtructum mille paratu
Mistus vbi diuis conuiuia traxit Adamus.
Quippe ex prouentu rerum quas ædidit hortus
Curaſſet vires animali in corporis vſu,
Vnde olim ad ſuperi naturam ſeminis illum
Verteret, inq; nouum mutaret Spiritus ortum.
Alter ab officio ſortitur nomina lucus,
Præſcia reddebat qui corda boniq;, maliq;.
Augurijq; fidem fatalis fructus habebat:
Hinc quercus habitæ Graijs oracula quondam.
Huc crebrò ſubiens Adam cum gente nepotum
Relligione locum cunctos ſeruaſſet in annos:
Hæc ſacris ſedes epulis, hic ariete cæſo
Debita cum vero ſoluiſſet vota timore.
Sed data ſors, ne quis ſceleratos vertere morſus
Audeat in fœtus quos arbor habebat opimos:
Nam Deus & venter non vna in ſede coluntur.
Atq; hæc dos horti, prima hæc de ſtirpe voluptas
Arborea: qualis noſtros cultura per hortos
Exercet teneras fœcundo in caudice plantas:
Aut vt Abram terræ mandans genus omne virentũ
Alterius ramos alieno in ſtipite fixit.
Hinc fruticum tractus vacuos digeſtus in agros
Exijt ad cœlum, largo qui pondere preſſus
Viribus eniti valli conſueuit acerni.

Q ui nec erat vates, nec vatis filius Amos
R uris opes coluit paſtor Sycamina ſtringens,
Quæ niſi ſcalpta forent, & pingui Pallade tincta,
T unc ingrata ferent haud vllos brachia fœtus.
S ic fructus ſperate bonos ô ſacra profeſſi
S aucia lege Dei ſi pectora, Gratia ſanet
I nſtar habens oleæ pacem quæ mentibus affert.
Q uippe Ioſeph quo non diuûm reuerentior vllus
I ura dabat Solymæ populis, vernante ſub horto
F uneſtam ſtatuit viuo de pumice foſſam
C orporis hoſpitium lucis iam munere functi.
A tq; huc exhauſtus curis, & rebus agendis
D euotum tendebat iter, portumq; ſub ipſo
Q uærebat tumulo pertæſus gaudia mundi,
E t ſecum vitæ reputabat ſæcla futuræ
S pe ſua damna leuans, nec longum tempus, & illo
C ompoſuit topho releuatum è ſtipite Chriſtum
H umanam propria dum penſat morte ſalutem.
A t ſuper hæc, riguum muſcoſis fontibus hortum
L æta tenent armenta, ferarumq; horrida membra
P aſcuntur viridi in ſtabulo ſub lumine aperto:
V t variæ ſpecies dia ratione carentum
N exibus arboreis regum clauduntur in aulis
S eptorum genus, & viuis ſatiantur in aruis.
N amq; alio Deus è tractu genus omne ferarum
D uxit, & Adami paſſim ſubmiſit habenis.
O mnibus ex habitu, mentiſq; propagine nomen

F ixit Adam, mentem nec dum caligo ſerenam
L abe mala infecit, tenebroſa & ſorde reatus.
H æc equidem grauido venit de rure voluptas
P lena timore Dei dum res ſtetit integra vitæ.
N unc quoq; progreſſus hominum mens æmula fecit,
E t varias vſus quærendo protulit artes.
Q uippe Sigiſmundus Bauarum qui ſceptra gerebat
I ncluſit riguum nexis cum torquibus hortum
D eſuper, alituum ſeries ne lapſa per auras
T urpe iter arripiat, ſylueſtriaq; antra reuiſat.
Nunc locus eſt fonti, pelago qui rura ſonanti
I rrigat, & ſcatebris cœleſtem temperat hortum:
C eu Sodomæ tractum paſſim fœcunda rigabant
F lumina, & Ægyptum ſpargebant oſtia Nili
L imitibus diffuſa ſuis, limumq; trahebant
F elicem, dulciq; vligine rura iuuabant.
N am fons qui medio latices è vortice ſpargit,
E t ramenta vehit venis abrupta coruſcis
Q uatuor in tractus aduerſis cornibus vndam
D iuidit, & rapido inſultans diſcernit ab alueo,
A lter vt auroram flexus petat, alter Iberos,
I lle latus mundi gelidam quod tendit ad arcton,
H îc rapido preſſas Cancri ſub ſydere terras.
Q ualis in antiqua gentis ditione Nariſcæ
M ons ſitus extremas poſitu qui terminat oras
T eutonidum, multa præcinctus vertice pinu,
Q uatuor effundit vaſtos radicibus amnes.

F lexus ad Auroram tractus petit Oegra Bohemos,
M œnus at oppoſitis ſua cornua dirigit vndis
T e piſcoſe ſequens Francorum Rhene per agros:
N aba lacus Iſtri ſequitur, Sala turbidus Albim.
S ed ſcatebris excuſſus erat fons lucidus horti
C ùm pater arbitrium ventis permiſit & vndis,
O mnia dum latè ſeries conuellit aquarum,
I lliditq́ vadis, diraq́ voragine terras
H aurit, & in præceps tumido rapit alueus amne.
N am ſimul ira Dei fatali cuſpide cœlum
I mpulit in latus, ac pluuiæ ceu fœdere pacto
A ëris è gelido tractu cecidêre ſolutæ:
F it fragor, & fundo inſultans freta concitat imo
Æ ſtus, & immiſſis Nereus luctatur habenis.
H ìc rapidus voluit mortalia ſæcula vortex,
H ìc ſummo pendent nantes in gurgite, & illic
S ternit humum liquor, & cumulos deuoluit arenæ,
E t iuga deijciens, auulſaq́ viſcera montis
E xplet humo caueas, & planas obſtruit oras,
V t ſæpè aggeribus ruptis impunè videmus
E fferri in ſpacia, obiectaſq́ euellere moles
V el niue, vel pluuijs auctum liquoribus amnem,
Q ui quondam leni placidum trahit agmine flexum
D um mitis cœli ſtatus eſt, dum ridet Apollo,
E t madidus pennas in carcere continet Auſter:
I amq́ vbi concretis iacit aura vaporibus imbres
Q uos pelago exhauſtos Typhones in aëra torquent:
Tendit

Tendit in arua furens cumulo, ſeptumq́ꝫ reuellit
Oppoſitum, curſuq́ꝫ volans dat lora ſecundo:
Ille parit tectis ſtragem, & ſpes eruit anni,
Et pelagi dorſum preſſuras deijcit alnos,
Obſtanteſq́ꝫ ſoli tractus velùt ariete crebro
Colliſu trahit, & cumulis caua iugera replet:
Et nunc ille nouo deducit tramite ſulcum
Excuſſus calle, & ſolita reflexus ab ora.
Quippe alius toto naturæ vultus in orbe eſt,
Ex quo colluuies fatali proruit hauſtu
Terga ſoli: heu quantas paßim dedit illa ruinas
Collibus, ac infra poſitis decliuibus oris.
Atq́ꝫ vbi nunc preßi ſaltus conualle reducta
In latus vrgentur, quorum ſub tartara radix
Tendit: ad aërias ſedes iuga vertice quondam
Surgebant: valleſq́ꝫ cauæ quas obruit agger
Expletis ſcrobibus, nunc molem ad ſydera tollunt:
Vnde per anfractus terræ, tacitoſq́ꝫ receſſus
Quà ſuſpenſa facit gradibus veſtigia foſſor,
Dum terræ venis abſtruſum quæreret aurum
Offendit genus arboreum, quod tranſtulit humor
Terreus in lapidem, & partes expleuit inanes
Saxea vis intus, manet arboris integra forma
Attamen, exertiq́ꝫ patent in robore rami.
Vidi ego qui ſilicis venis excuderet ignem,
Sisciperetq́ꝫ putri fumantem in ſubere libri
Vt ligni exuuias Vulcani abſumeret ardor.

Cur non in latebras conuulſas truſerit ornos
Effera vis laticum, ſtigijſq; admouerit vmbris,
Cùm mundum inſano concuſſerit æquore vortex,
Et loca diuellens alijs deuinxerit oris?
Nam qui nunc Lunæ de montibus exerit ortum
Nilus, & Æmodijs Ganges qui candida tollit
Ora iugis, longo ſpacio diducta locorum:
Ante vndas vno manabant fontis ab alueo
Flumina, nunc longis inter ſe paſſibus abſunt.
Fama eſt Eufraten, fama eſt quoq; Trigidis amnem
Occultas egiſſe vias ſub viſcere terræ:
Vt Libani venis arcano ſerpere flexu
Iordanis ſolet, & gemino ſe vortice ſcindens
Exerit ora foras, ſinubuſq; inflexa reductis
Vnda coit, fluuioq; imponit idonea nomen.
Sed nunc verſa ſoli facies, confuſaq; mundi
Forma tulit iactum, primoq; receſſit ab ortu,
Poſtquàm iuſta Deus permittens frena furori,
Ter grauiter lapſum, ter diris dedidit orbem.
Sed prius & vires fluuiorum, & nomina verſu
Expediam, quia ſumma ſequor faſtigia rerum,
Atq; pedum flexus pono in veſtigia Moſis.
Ducit ab auroræ populis ſua flumina Ganges,
Perq; Heuilæ tractus, Ophyræq; effunditur oram,
Quæ rutilas dum gignit opes, auriq; metalla
Exhibet in venis, tellus habet aurea nomen.
Ille eſt quem Phiſon Solymæ gens accola terræ

Nunc-

N uncupat, in campum laxis quod fuſus habenis
A rua premat pelago, ſterileſq́ aſpergine terras
I mbuat, & vires vicino humore miniſtret.
Q uin etiam Gibon Pharia regione quotannis
O bicibus ruptis tumet altus, & excitat imis
S tagna refuſa vadis, rurſuſq́ in ſe ipſe reſidit.
A tq́ hinc augurium vocis tibi Nile fluebat
Q uod limo ſaturas immunes imbribus agros,
E t tenuem argillæ maſſam trahis inter arenas,
C um gens Iſacidum glebas excerneret vndis
M ateriem laterum, coctis ſi mœnia cingant
A ggeribus, cœloq́ parent educere molem.
A t qui Medorum rapido ſecat agmine fines,
A iaculo nomen ducit, Tigriſq́ vocatur
A dpellant celerem Medi qua voce ſagittam,
N amq́ ferè teli volucrem præuertitur ictum.
A rua quòd Eufrates pingui iuuet vbere glebæ
N omen habet, ſcatebris quoniam turgentibus omnes
F undebant ſeſe in ſpacia, ac vligine læta
T emperiem, vireſq́ dabant cæleſtibus aruis.
H i verò flexus fluuiorum, atq́ area fontis
P er vacuas extenta plagas excurſibus amplis,
I mmenſi poterunt ſpecimen tibi prodere ruris.
O ptima pars mundi, Solis quæ ſpectat ad ortum
A ſia, cumq́ iugis Arabum, Lybiaq́ calente
Iuncta plagis horti ſtatione manebat eadem.
S olaq́ non horti partes Europa tenebat,

Hinc

Hinc Erephæ nomen deſerta Europa recepit.
Sed quis nam ſtatuet tàm vaſtis tractibus hortū
Inſediſſe ſolo quantum patet orbita Phœbi,
Audeat vt tanti ſe opponere laudibus horti?
Hic Ver aſsiduo mulcebat prata tepore,
Nec terræ dorſum ferro conuellere adunco,
Nec ſaturare fimo pingui, nec ſpargere grana
Fas erat, audebat non vllo ſemine iacto
Herba leuare comam, & tellus largiſsima rerum
Omnia liberius nullo inſectante ſub auras
Vi propria ſuffecit, opis non indiga noſtræ.
Præſertim riguis ſi fluctibus amnis abundans
Exijt, obductoq; aſperſit iugera limo.
Et viui latices vires languentibus herbis
Suffecère, virent frutices, & ſpicea meſsis
Quæ nullus paſſa eſt hominumùe, boumùe labores.
Deniq; non magno patet hortus amœnior orbe
Conſitus, ætherei certet qui laudibus horti:
Magna licet Sodomes commendet gratia tractum
Pinguibus vt ſulcis frumenti exponeret herbas,
Et ſi non piceo conſumta ardore periſſet
Dum graue ſupplicium malus ignis in igne luebat:
Hortus erat Sodome promiſsi Seminis olim.
Quis velit in numerū noſtros, niſi turpiter hortos
Addere, & in medium tenues producere ſaltus,
Quos cultura ſagax virgis congeſsit odoris,
Aut virides ſtruxit perplexa ambage receſſus,

C eu quondam Theſeus conuexũ iter omne reuoluens
M ultis capta vijs filo veſtigia rexit:
V t taceam noſtros cliuoſo in iugere fundos
Q ueîs variæ illudunt peſtes, quos exiguus mus
V erteret, inflexo nequicquam adnixus aratro,
A ut oculis capti foderent pro vomere talpæ.
P inguia ſæpè quibus committimus ordea ſulcis,
P ro molli ſtipula tactu venit aſpera meßis,
E t quæ nunc tellus lapſu infeſtata nefando
N oxia monſtra creat, populant quæ farris aceruum.
V idi ego culta diu, & multo verſata labore
R ura, tamen retrò in peius conuerſa referri.
Non tamen hic opus eſt animum diſtendere ſenſu
F lumina quòd poſitus hodie teſtata vetuſtos
R uris ad extremas oras ſtant limitis inſtar,
C eu vbi diſcernit litem lapis arbiter aruis.
N ilus ac occaſum, Ganges ſe flectit ad ortum,
A d Boream reliqui vertuntur flexibus amnes,
D um terni lateris tentant effingere formam:
Q ualis cum rapido conterminus Albis Eliſtro
M yſorum cohibent in morem limitis oras.
Sed iuuat vlterius memorare exordine lectas
R uris opes, & ſtagna vadis tentare ſub imis:
Q uæ quamuis vitreo gignant ſub gurgite piſces,
F ulua vehit Ganges precioſi grana metalli
P ulcra quibus gracili ducatur bractea flexu
M ollia quæ decoret radianti carbaſa tractu,

Et

E t telæ textum tenui diſcernat in auro.
F lexile nam venis Ophyræ quod cæditur aurum,
E t quæ nudus Arabs terriſq; vndiſq; creata
F ulua legit ramenta, cribro dum tentat arenas,
O mnibus exacta contendunt ſorte metallis.
Atq; hinc Obryzon conciſo nomine vulgus
Æ ra vocat largis Ophyræ producta fodinis.
Q uippe Moſes ſacro qui geſta volumine pandit,
N arrat aui natos Eberis (qui nomen Iberis
I ndidit) ad terras Heuilæ ceßiſſe, plagaſq;
F elices Ophyræ, atq; illic fixiſſe penates.
I nde nepos Ieſſe ſapiens, & filius Aſſæ
R ex Ioſaphat glebas facti infectiq; metalli
E x Ophyra exegit votis à ſanguine iunctis.
E t nunc fama refert Ophyram tua Carole iura
A ccipere, & foſſam Salomonis fundere largo
Æ ra ſpecu, & rutilas gremio producere glebas,
A ſt alio dicunt Ophyram nunc nomine Peru.
H inc quoq; Fernandus quondam, de cuius alumna
Carolus in lucem felicibus exijt aſtris,
E x Ophyræ venis maſſam fulgente metallo
P ondere & ære grauem, quam non manus ulla per- (egit
N on focus abſterſit labem, ſed viſcere terræ
E geſtam accepit monumentum diuitis oræ.
Adde quod & Ganges glebam candentis Electri
V oluit, vbi terræ melior producitur humor
Q ui gelidis concreuit aquis, & marginis oræ

Alliſus

A lliſus, fundo fluctu cedente reſedit.
N ec Badalah reſinæ guttas, ſed ſuccina ſignat,
A rboris Heliadum lacrymas quæ credidit error.
Q uid memorem gemmas niueo fulgore decentes,
Scilicet in conchæ genitas teſtudine baccas
G emmarum genus æthereo de rore creatum:
N amq́; Soham poſſis albentes dicere gemmas,
V t Phenenim rubro certantes ære lapillos.
Q uid, quod in his opibus Solymæ noua tecta figurat
P rouida gens Vatum, quia nam fulgere metallo
C onſerta, & gemmis fingit rutilare coruſcis.
Q uanta voluptatis ſpecies erat illius horti
T exta plagæ tenuis liquidos immittere in amnes,
T urgenteſq́; ſinus lini diſtendere gemmis
C oncharum, atq; auri ramenta, & ſuccina flaua
V errere, & extremis exponere fluminis oris?
V t qui cæruleum funda diuerberat amnem,
V ndiuagoſq́; greges vnco complectitur ære:
A ut veluti laqueis tentant vada cærula ponti
S udeni, & glebas Electri in flumine captant.
S ed quis erat primis mortalibus vſus in illis?
N ec dum tegmen erat, nam cum ſine labe gerebant
P ectora, & externi cultus non indiga membra:
T um Solis radijs monſtrabant corpus honeſtum,
N ec pudor vllus erat, nec preſſæ nubila frontis
E ffigies, quia nulla lues commiſſa ſerenæ
A ſperſit maculas animæ, non auius ordo

Membro-

Membrorum, excuſsit recto de tramite cordis
Impulſus, at cuncta ſua in ſtatione manebant.
Sed pudor, & labes vna regione morantur,
Quà pudor eſt, illic vitæ præpoſterus ordo eſt,
Libera mens vicijs nullo cenſore rubeſcit,
Mens imbuta dolis liquidas non ſuſpicit auras,
Sed ſolet in tenebris occultam degere vitam.
At mihi tàm prudens nemo perſuaſerit autor
Coner vt inficias vllis rationibus ire.
Nam quid in externo quæſiſſet tegmina luxu
Gens inoperta quidem, ſed luce ornata Deorum,
Et domus, & ſtructura Dei pulcerrima rerum.
Sed tamen in terris ſpacium dum fata dediſſent,
Rebus ab his vires animali in ſorte leuaſſet.
Nec magis auxilium veniet præſentius ægris,
Quàm ſpecies auri cum redditur hauſtibus apta,
Et liquor Electri pinguis, glebæq́ ſalubres
Æmula de Conchæ ſortitæ nomina baccis.
Quod ſupereſt, cunctis certat prouentibus æui
Gratia, quæ veris commendat dotibus hortum:
Namq́ Deus vacuo contemplans rure vagantem
Expertem conſorte hominem, non vtilis inquit
Eſt mora, & in triplici ſtatuit conſulta ſenatu:
Cum pare quæq́ ſuo ducant animalia vitam,
Et ſobolem tendant proferre, genuſq́ tueri?
Solus homo, flos ipſe orbis, ſine fœnore vitam
Exigat, & nuſquàm ſenſus, & dia reperta

Pectoris

P ectoris exponat, ſed mentem paſcat inani
C ontuitu, & fruſtrà foueat ſua gaudia ſolus?
N on ita: Sed vitæ comitem, ſociamq; laborum
C ogitat, & lentum inſtillat per membra ſoporem.
F uſa viri, riguo quà flamine planta reſultans
S æpe leui ſomnum ſuadebat inire ſuſurro:
D iffinditq; latus, fixamq; in viſcere coſtam
E xerit, atq; maris condit de carne maritam.
M ox vt erat ſomno excuſſus, conſortia membra
N ouit Adam, ſentitq; pias in pectore flammas:
Q uis nouus hic noſtris ſucceßit cordibus ignis?
C oſta meo pro corde ſtetit quam cernimus, inquit,
N ec me ſanctus amor, nec me mens mutua fallit,
P erq; vices quod cor affectus ſpirat eoſdem.
V t vidi, vt perij, vt me pius abſtulit ignis,
O ſſa calent, & cor ad partem cordis anhelat.
N ec plura, arripuit flammas confeſſus honeſtas
O animæ pars magna meæ, nec fallit imago
M e mea, namq; viri carnem, nomenq; virago
Pulcra Dei ſtructura geris, tu curia menti
C um qua concilium ſanctis de rebus inibo.
C edant rura tibi, ruris tibi ſumma voluptas
C edat, in hoc horto me pignora cara quotannis
F erre iuuat, ſine te totus mihi diſplicet orbis,
H ic nouus hortus erit, nouus hinc generabitur Adã.
I pſa focum cinges crebræ propagine ſtirpis
Vitis ab exemplo latè quæ brachia ſpargens

L ætitiæ humorem generoſo in palmite gignit.
S ed patrio hærebit lateri latere edita proles
I n viuam ſpeciem ſemper frondentis oliuæ.
S ic ait: at magna ſuperûm ſtipante corona
F ilius æterni patris connubia condens
P ronubus adduxit ſociam, ſimul accipe dixit
C œlumq́, tractuſq́ maris, terramq́ profundam,
O mnia ius veſtrum accipiant, vltroq́ miniſtrent.
T u verò ſociam digno complectere cultu,
I pſa tibi auxilio ſubeat, vitæq́ leuamen
P ræſtet, & ipſa tibi diadema aſpiret honores:
V iue, vale, & ſobolem genera, mandataq́ ſerua.
D ixit: & accepit diuinum munus Adamus,
D umq́ habet hanc terris, terris habet omnia ſolus.
H actenus ætherei cultum luſtrauimus horti,
Q uâ genus humanum ſolida ſub imagine diuûm
L ibera fixiſſet placido veſtigia greſſu,
N i coluber vanis viciſſet pectora verbis,
V ertiſſetq́ dolis, & ſpem feciſſet inanem,
D onec ſuccumbens culpæ fas verteret Adam.
T um patriæ fines, & dulcia liquimus arua,
P ars Erepham, & ſteriles Scythiæ poſſedimus oras.
H ic ingratus ager nullum ſe ſemine iacto
I nduit in florem, fallunt ſua vota colonos,
P ro ſtipula vepres ſubeunt, & mille ruinæ:
T antum dira lues potuit mutare bonorum.
Q uid nemora, & varijs digeſti frondibus horti?

Nunc te fata vocant, linquenda eſt maxima tellus,
Et domus, & dulcis coniunx, & pignora lecti,
Sola breuem dominum ſequitur funeſta cupreſſus.
Sed quid ego antiqui reuoco monumenta doloris.
Quod perit, incaſſum mortalia vota requirunt,
Quod ſemel amiſſum eſt nulla reparabitur arte.
Ergo alius quærendus ager mortalibus ægris
Quem nunc ipſe ſua plantator morte parauit,
Et roſeo tinxit ſudantis vortice guttæ,
Et lateris rima lympha ſaliente rigauit.
Ille quod amiſſum eſt grandi cum fœnore reddet,
Omniaq́ in melius quondam collapſa reponet.
Nam Deus ipſe nouis digeſſit cultibus hortum,
Arbor vbi vitæ pandit ſua brachia Chriſtus,
Ex qua perpetuæ cœleſtia dona ſalutis
Carpimus, inq́ fide vitalem mandimus eſcam.
Illic cum teneris educens germina plantis
Ore miniſtrorum proponit ſemina verbi.
Quippe Dei verbũ ros æthere ſparſus ab alto eſt,
Ex quo concha venit quæ cordibus vtile præſtat
Auxilium, & lapſas reuocat ſub pectore vires,
Nempe Fides, animum caſu quæ firmat in omni,
Et verbo inſtillat vitam, vireſq́ renatis.
Has, & non alias Chriſtus conquirere gemmas
Imperat, afflictæ releuent quæ tempora vitæ:
Ergò animæ quicunq́ ſuæ capit arbore ab illa
Ambroſias epulas, & gemmas adplicat ægris

C ordibus, inſano cum feruent omnia motu:
S tabit ouans animis, nulloq́ mouebitur ictu,
E t tandem Elyſij ſuccedet ſedibus horti,
A c Solymæ noua tecta nouæ fulgore coruſco
G emmarum, fuluiq́ æris conſtructa ſub auras,
Q uæ non vlla æui valeat mutare vetuſtas
I ncolet, & regni promiſſas carpet habenas.
S aluete ô gratis cœlorum debita regna
O mnibus in Chriſto qui ſpem fixêre ſalutis.
O benè quòd cecidit, quòd Adã malè perdidit hortũ,
O quantum meruit nobis mala culpa bonorum?
O quantus datus eſt, qualis pro labe redemtor?
H îc melior patria eſt, hic hortus amœnior illo eſt,
I am pulſis iam rura patent reſerata, redite
E xtorres, patrij ſtatio queîs publica ruris
C lauſa fuit, nunc eſt facilis conſcenſus Olympi,
S ummus obit qui noſtra piat delicta ſacerdos.
E t nunc æternùm ditione tenebimus hortum
I n cruce quem iuſſit fidum ſperare latronem.
P ulcrior huius erit ſpecies, & amœnior horti
G ratia, quem Chriſtus cum ſanguine tinxit, et vnda.
I llum quadrifluo ſimplex liquor imbuit amne,
A ſt hunc Iuſticiæ manans de fonte perenni
S anguis & vnda rigat, varioq́ in flumine pingit.
C hriſte veni, & diris mundi nos transfer ab hor-
Q uâ tribuli, lappæq́ virent, & noxia morſu (tis
S erpentum genera, & ſqualentes terga lacerti
Sibila

Sibila dant, ſpiriſq; ligant ingentibus orbes.
Hei fugite hinc miſeri, fugite hinc, latet anguis in
herba,
Non hîc certa pijs ſtatio, ſed in ætheris horto,
Huc nos fata vocant, inſtat nunc tempus, eamus.

SIMSON.

LIBER PRIMVS.

R ma virumq; cano Syriæ qui primus in oris
A M ille viros letho maxillæ miſit ab ictu
V i ſuperûm, ſummasq; arces euertit, & ho-
Hoſtibus immiſtus propria cum morte necauit: (ſtes
Tantæ molis erat Solymam defendere gentem.
Vrbs erat, inuiſi Syrijs tenuêre Philiſti,
Quam petijt fatis olim cœleſtibus actus
Sole trahens nomen, Manôa patre ſtemmata Simſon,
Huic roſeus ſumma pendebat parte capillus,
Cuius quàm ſeruata diu natura fuiſſet,
Tàm res incolumes patriæ, roburq; futurum
Mirando adparens prædixit in Alite Chriſtus.
Hic aditum quærens vt iuſto Marte Philiſtas
Occupet, & Syriæ tenues ſpes liberet hoſte,
Fœdus connubio iungit: vaga fama ſed vrbes
Peruolitat, dolus, anne fauor quis ab hoſte requirat?

Vix è conſpectu patriæ telluris, in altos
Tendebat campos, & amictos vitibus agros:
Ecce leo præſtans animis, multumq́ feroci
Virtute exuperans, nec non iuuenilibus annis
Fertur in arua furens, atq́ huc obuerſus & illuc
Veſtigat prædam indignans, fuluaq́ comantes
Attollit ceruice iubas, quem tetra rudentem
Syluæ omnes, atq́ antra tremunt, monteſq́ reſultant.
Ergò inſultantem fremitu, lethumq́ minantem
Non tulit vlterius Simſon, ſed fertur in hoſtem
Non claua, neq́ enim claua vitam ille dediſſet,
Dorſum immane manu premit, atq́ ingentia membra
Sternit humi: ſparſo rorarunt ſanguine flores.
Nam vires furor omnipotens, animoſq́ valentes
Indidit, & ſtimulis haud mollibus impulit artus.
Ergò iter inceptum peragit rumore ſecundo,
Tandem & ſperatæ Simſon aduertitur vrbi,
Et thalami ſociam inuiſa de gente requirit.
Hanc ſocer intactam dederat, primiſq́ iugarat
Ominibus, ſed ſacra thori celebranda futurum
Diſtulit in tempus, patrio dum ſanguine iunctos
Orbe alio poſitos, vocet ad connubia Simſon:
Dumq́ illic fertur nota regione viarum
Obſeruata legens retrò veſtigia Simſon:
Miratur, quia nam putri de cæde leonis
Inſincerus apes genuit cruor: ædita coſtis
Erumpunt, habitantq́ modis animalia miris.

Pars

P ars rigidas flauo diſtendit nectare coſtas,
P arſq; fauis ponit ſemeſo in corpore fundum
C rure thymum portans, & floribus horrea texens.
N am calor, & liquidis corruptus in artubus humor
M ateriem reddunt generandis fœtibus aptam.
E rgò faui partem Simſon delibat, & explet
M elle famem, rapidi generato in ventre leonis.
E xpectata dies aderat quam dixerat Hymen
C onnubio, proceresq; ad iura iugalia Simſon
E xcierat: læto complentur limina plauſu.
T um lecti iuuenes pingui cum carne ferarum
D ona laboratæ Cereris Bacchumq; miniſtrant,
E t fallunt ſermone diem, virtuſq; loquendi
M ateria eſt, referunt cum geſtis tempora rebus,
N aturæ aut cauſas certant aperire latentis.
M axima præcipuè deuicto pugna leone
I n ſermone fuit: viſum mirabile cunctis
Q uòd iuuenis nullo telo ſpacioſa Leonis
P reſſerit ora manu, diſcerptum & ſparſerit aruis.
A ſpice quàm verſo currunt momenta tenore,
N unc pubes frena excutiens, & rebus honeſtis
C orda auerſa tenens, & iniqua monentibus æqua
N octes atq; dies venas inflatur Iaccho;
I ndulgetq; choris, ſoluitúe in iurgia linguas,
D ic quibus in menſis hominum non fama laboret?
F it cruor, & cædes, æuo ſic omnia noſtro
In peius ruere, & recto contraria ferri.

Olim autem docto tempus ſermone trahebant,
Nec gula plus meruit quàm caſta modeſtia laudis.
Talem ſe hoſpitibus certum eſt geſsiſſe vocatis
Naturas dum tendit apum perquirere Simſon
Doctus ab exemplo tacita quod mente premebat.
Scilicet exactum ratio mortalis habebat
Semine diuerſo diuerſa animalia naſci,
Atq; alia ex alijs prodire inſecta ſub auras,
Perq; vices naſci de rebus ſemina rerum.
Sic eruca perit, de qua ſub tempore veris
Papilio calidam pinnis emergit ad auram:
Sic anus exuuias ponit ſub fronde cicada
Vnde alia egreditur quæ pollet in arte canendi.
Sedula de putri veniunt examina tauro,
Ac aſper crabro fibris generatur equorum,
Aut Aſini latere effæto Scarabæus in auras
Editur: & ſpinæ Serpens producta medullis
Fertur, vbi è viuis hominem natura remouit.
Nam licet humana procul à ratione repulſum eſt
Vnde vicem rebus genitrix natura rependat:
Par tamen eſt mentes retineri indagine rerum,
Ac oculis paſsim comperta exempla tueri.
Nam Deus in brutis morum ſimulacra notauit
Lucet vbi expreſsis ratio diuina figuris.
Exanimis quòd apes, & dulcia mella creat bos
Vſibus apta pijs, placat qua numina Flamen,
Omen habet ritus: fieret cùm victima Chriſtus,
Ex illo ingreſſum dulcis doctrina mouebat,

Quæq;

Quæq; apis exemplum præſtat reſpublica Chriſti.
Cur tamen ex hominum præſtanti corpore ſerpens
Emergit, radijs vbi ſpina interſita dorſum
Munit, & vt fixis intus cor ſepibus ambit?
Nempe homini infudit lapſo contagia ſerpens,
Hoc alitur vicium producta in ſtirpe nepotum,
Et liquefacta hominum ſerpens per terga creatur.
Nam reus æterna ſi quiſquam in morte manebit,
Mente habituq; geret formam ſerpentis auiti.
Hæc, & plura tenet memori cum pectore Simſoni
Dicta per ambages vulgi proponit ad aures
Obſcuris vera inuoluens, ſed cognita nulli
Facta prius: Nam quòd tauris examina creſcant,
Audierant, ſed enim ſimilis natura leonum
Obſeruata fuit nullis cultoribus agri.
Ac prior, heus inquit iuuenes recludite ſenſus
Contexti inuolucri, tollat ſua præmia victor:
Præbet edax victum, dulcedine fortis abundat.
Ergo agite, & ſenſum ſi veſtra indago latentem
Eruet in lucem dum ſeptima fulſerit Eos,
Quiſq; ex hoc numero quiddam mercedis habebit,
Et numerum æquabo feſtæ cum veſtis amictu.
Ergo agite, & ſenſum ni veſtra indago latentem
Eruet in lucem dum ſeptima fulſerit Eos,
Ipſe ex hoc numero tantum mercedis habebo.
Sors placet, & varijs errat ſententia dictis:
Nam quamuis duro præſtantes robore tauros
Vlterior vocum ſtructura notare videtur,

V ana tamen membrum prius argumenta refellit.
N amq; boues nulla ſaturantur cæde ferarum,
F rondibus, & victu paſcuntur ſimplicis herbæ.
Ergò vbi non cauſſæ ſententia digna reperta eſt
S eptima dum cœlo ſtellas Aurora fugarat:
C onſulto ſtatuunt precibus quò victa puella
P rodat eis fati ſenſum ſermone ſagaci,
N i faciat, flammis ipſam ſubuertere certum eſt.
A t primum paſſa eſt votò pereunte repulſam
F œmina, ſed poſtquàm lux ſeptima protulit ortus,
I nſtanti veniam dedit, & conſultus in auras
E xpedijt Simſon tacito quod pectore texit.
A d fremitus habuit qui corda inuicta leonis,
A d gemitus habuit non corda inuicta puellæ.
I lle dedit cauſam, ſed eam dedit illa viciſſim,
Q uæ ſenſa audierat, mox ſenſa audita recluſit:
M ulta audire decet mulierem, multa tacere.
I amq; vbi lux vitreo merſit ſe ſeptima ponto,
C ollecti iuuenes quæ ſint ea geſta reuelant
T ecta modis miris, arcanaq; ſenſa recludunt:
N il mellis ſucco præſtat, fortiq; Leone.
P oſtquàm conſilia in lucem clam prodita ſenſit,
T alia flammato iactabat pectore Simſon:
N i mea bos veſtros operam impendiſſet in agros,
M eſſis adhuc primis iam veſtra lateret in herbis,
C ordaq; vanus adhuc error ſuſpenſa teneret.
S ed Deus ipſe viro vires incuſſit, & artus
I mpulit, afflatu præbens fomenta furoris.

Ergo iter accelerans defertur in Aſclonis oram,
Atq; illic anima cum veſtibus exuit hoſtes,
Præmia deponens illis qui ſenſa tenebant.
Tempus erat quando ad fructum iam ſpicea dona
Proceſsêre, iacent connexo faſce manipli,
Cùm fama ignaras Simſonis perculit aures
Conſortem thalami tæda ceſsiſſe iugali.
Nec conferre gradum, aut defectus poſcere cauſam
Conceſſum eſt illi, durus ſocer irrita iactat
Iura thori, pactoſq; aliò traducit amores.
Hanc meliorem animam tibi pro peiore rependam
Inquit, & hanc offert, veteres nunc excute flammas,
Hæc minor eſt æuo, formæ ſed imagine maior,
Et nullius adhuc tetigit deuota cubile,
Hanc tu iterum nuptam thalamo ſociatus habebis,
Omnes vt tecum, ni mors intercipit, annos
Exigat, & menſam pulcra cum ſtirpe coronet.
At Simſon ſcelerum impatiens, tantæq; repulſæ,
Nec dum etiam fictæ lacrymæ, nec prodita ſenſa
Exciderant animo, tandem ſic voce profatur:
Tantáne vos tenuit ſtirpis fiducia veſtræ,
Nunc aliena fide rupta miſcere paratis
Connubia, & pactas audetis vertere leges?
Vos ego clade omni Martis, modò vita ſuperſit,
Inſequar, & culpam hanc veſtrorum morte piabo:
Hæc effatus, & in verbo veſtigia mouit.
Haud impunè quidem ſiuit Manocius heros,
Namq; plagis ſaltus cinxit, vulpeſq; ſub imis

Rimatus

R imatus latebris deprendit, & igne micantes
A ſtrinxit tædas caudis per mutua nexis.
E cce autem vulpes flammæ metus ipſe nitentis
C oncitat in rabiem, ſæuit magis ignibus ipſis
A ccenſus furor, & nunc huc, nunc impulit illuc,
O mnia quo circum diſcurſu viſa repentè
F eruere culta ſoli, & paßim conſidere in ignes.
Fortè Philiſtæas rumor cum venit ad aures
S imſonem pro iure thori, turpiq́; repulſa
C enſuram exigere: authores in fœdere rupto
D emiſere neci flammis cum ſtirpe, domoq́;.
O ccidit vna domus, ſed non domus vna futuras
S ufficit in pœnas, eadem ſors obruit omnes.
E ſt curuo anfractu ſpelunca, receptibus apta,
A ſpera quam natura loci cum faucibus arctis
F ecit inacceſſam, & multa circum arbore texit:
H uc iter occultum ſubter caua viſcera montis
T endit, & acceſſum vaſti tegit obice ſaxi,
D um patriam armati circum obſedêre Philiſti.
C iuibus vt belli patuit data cauſa, fremebant
V nà omnes qui ſe patria tellure tenebant,
C ontinuò & vires hoſti, & ſocia agmina iungunt,
E t iuueni in latebris intendunt vincula collo,
S orte data, ne quis vim vinclis addere tentet.
A ſt iram Deus exciuit, vimq́; addidit iræ,
C ùm ſubitò incautos Simſon crinitus in hoſtes
P roruit, exoluitq́; manus, & gutturis oſſe
A rcadiæ pecudis profligit mille viros vir.

N uncq́;

Nuncq́ hos digreſſus, nunc hoſti intercipit illos,
Nec dare terga fugæ patitur, nec tendere contra.
Non aliter ſerpens ſquamis defenſa, ſuæq́
Duritia pellis ſine telis occupat hoſtes,
Hos premit amplexu, cohibetq́ volumine tergi,
Hos animæ vitio necat, illos tabe veneni.
Tum verò gemitus triſti ſub morte cadentum
Auditur, factis manat cruor vndiq́ riuis.
Non hæc humanis animis, non arte magiſtra
Proueniunt, nec eum ſua dextera ſeruat in hoſte,
Maior agit membris Deus, & Deus incitat artus.
At veluti latebris anguem cùm traxit ab imis
Ceruus, eum dira ſitis à contage fatigat,
In nemore & laticem fontis rimatur opaci:
Sic vbi laſſus erat tanto in diſcrimine rerum,
Tum ſitis in venis calido collecta labore
Corripuit iuuenem, viſq́ omnis abiuit in auras,
Ora tamen votis aperit: Nunc ſuffice lapſas
Summe pater vires, animumq́ impelle labantem:
Non hoſtis ſpolia vlla peto, non tanta cupido
Mentem agitat, ſicco ſed enim ſitis ora palato
Corripit, & feſſos quatit æger anhelitus artus,
Vix etiam fauces tibi nunc in verba reſoluo,
Sat mihi lingua vadis humens, hæc noſtra cupido eſt.
Annuit, & laſſo voti ſuccedere partes
Mente dedit genitor, ſed enim, mirabile viſu,
Maxilla in veteri fiſſus præbeuit aquam dens,

Et rimam emiſſo fontis liquore trahebat.
Intereà dum fata virum dant luce potiri,
Rectoremq́ſinunt terris dare iura paternis:
In thalami partem turpem contrâxit amicam
Hîc vbi Gaſa patet vallis munita profundis.
Excubias verè compertis rebus agebant
Cultores vrbis, dehinc fultos obice poſtes
Muniebant, aditumq́ omnem cuſtode tenebant,
Vt captum ad lucem ſeruent ſub mœnibus vrbis.
Iamq́ orbem cœli medium nox acta ſubibat,
Cùm ſomno excuſſus ſurgit, fraudeſq́ reuellit,
Atq́ loco valuas mouet imo è ſtipite raptas,
Ac humeris præ ſe portans faſtigia montis
Accenſu ſuperat, medioq́ in vertice figit.
His ita traſnactis, mox ad Sorecidis amnem
Infamem Delilam Simſon complexus amore eſt,
Quæ vitam tolerare colo, tenuiq́ Minerua
Sueuerat, ac quæſtus inboneſta ex arte parabat.
Confeſtim hanc adeunt proceres, & ſortis egentem
Inuitant precio, ſi cauſſam inquirere vellet
Quâ ſita vis magno ſe corpore miſceat intus:
Quæ ſcelera humanis animis non ſuadet egeſtas?
Sed multis vicibus de robore multa rogatus
Verba dedit Simſon, & ſpe deluſit inani.
Ergo rudis lini ſeptena volumina ſtrinxit
Sub iuga quò Simſon ducatur ab hoſte ſuperbo:
Mox alios, totidemq́ ligat per membra rudentes,

Quos

Quos tamen ac nodum lino de ſimplice rupit.
Torta dehinc capiti de canabe licia nectens
Parietibus fixo coniunxit acumine ferri:
Hic tamen eripuit letho ſe, & vincula ſoluit,
Et ſimul auulſa clauos ceruice retraxit.
Nam quia criſpantes pendent de vertice villi,
Non hoſtes vincire virum, nec vincere poſſunt.
Sed cum blanda modum votis non poneret vllum
Delila, tum verbis victus labaſcit amicis.
Olli (ſenſit enim robur ſub crine teneri)
Fas omne abrumpit, polluto & voluit amore
Grande nefas, ſedet hoc vnum ſub pectore fixum
Intentare necem iuueni, ne obtendere contrà
Poſſit, & ad ſolitas accingi roboris artes.
Iamq; adeò dulci iacuit cum lumina ſomno
Obrutus: excubias proceres in limine ſeruant,
Et mulier ferro incedens inſtructa bidenti
Stat ſuper ora viri, fatali & turpis amica
Crine marem ſpoliat, prædaq; potita nefanda
Clamat, iò proceres, date tela, includite vinclis:
Nec vires poterat conferre ad prælia Simſon,
Sed palmas ad Martis opus tendebat inanes,
Nec quicquam vlterius ſolitæ virtutis habebat.
Defectum virtute trahunt cum reſte tenaci,
Perſpicuoſq; cauæ prædantur frontis honores,
Atq; ſinus reddunt euulſæ lucis inanes,
Et ſic piſtrini includunt ſtridentibus antris

Vt Cererem frangat dura cum ſorte laboris.
Ergò omnes longo ſoluunt præcordia luctu
Quòd tandem indomitū ſors dextra ſubegerit hoſtē,
Conciliumq́ duces præluſtri in limine cogunt,
Diſcumbuntq́ thoris auroq́ oſtroq́ decori,
Atq́ fidem voti ſoluunt ex hoſte ſubacto.
Intereà ingluuiem dapibuſq́ meroq́ replebant,
Accitu in medios hoſtes hoſtemq́ trahebant,
Atq́ oculis captum media regione domorum
Ponebant, gens omnis eum ſtipata tegebat
Illudens capto, & vim certans addere victo.
Sed coma Naſiri iam trunca cacumina nudo
Vertice protulerat, iam vis habet alta regreſſum,
Cùm ſocio impubi Manoeius imperat heros
Ad loca deducat iunctis per mutua palmis
Quâ domus incumbit geminis innixa columnis.
Paret, & ad ſtatuas puer orbum lumine ſiſtit,
Nam ſolus lateri hærebat, greſſumq́ regebat.
Nec mora trans ſtatuas protendit vtroſq́ lacertos
Obnixus, tollitq́ loco, quaſſatq́ trementes,
Suſtollenſq́ oculos cœlo, ſic voce precatur:
Supremum hunc Deus alme mihi concede laborem,
Nunc moriamur, ait, ſed non moriamur inulti,
Ipſe ego conuellam quaſſati culmina tecti,
His me; quando aliud melius nihil ipſe reliqui,
Aggrediar telis vel in ipſa morte tueri,
Morte mea vincam quos vincere neſcio Marte.

Dixit,

D ixit, opemq́ Dei non vana in vota vocauit,
N am pariter ſtatuas magna vi ſtrennus ambas
I mpulit in latus, & domus alta repentè ruinam
C um ſonitu dedit, & procerum ſuper agmina læta
I ncubuit, cœlumq́ horrendo puluere texit:
D at tellus gemitum, concuſſaq́ viſcere in imo eſt.
A t iuuenem egregium functum iam luce, ſupremis
M uneribus decorant, & ſaxum carmine ſignant:
C rine potens Simſon patria requieſco ſub vrna,
M ors mea deuicit, quos Mars non ſuſtulit hoſtes.

SIMSON.

LIBER SECVNDVS.

S I mihi fas pictam Nohæ vidiſſe carinam
Nare per irriguos tractus, cũ penderet omnis
Terra nefas cõmune, feræq́ hominesq́ perirẽt,
A rca ſed exciperet luctantes pinea fluctus
I ncolumis ducente Deo, qui fœta procellis
S tagna vicem rectoris agens componere fluctus
Iuſſerat, ac hominum meliori parcere ſtirpi:
N on adeò mentem mulceret tanta voluptas
I ndulſiſſe oculis, quàm vocem hauſiſſe ſalubrem
V ictoris lethi ſuperis cùm redditus auris
E mâi ad vicum geminos inſtruxit alumnos

P rouida de Chriſto Vatum ſimulacra reſignans.
S crinia compoſuit Moſes, vbi cœlica clauſit
I ura, docens legem nobis monſtrare reatus:
I mpoſuitq́; thronum, quòd quamuis crimina monſtret
C ordibus, at legem nobis non poſſe ſalutem
R eddere, ſed damnare reos, vt conſcia facti
P ectora commotum fugiantq́;, tremantq́; Tonantem.
E rgò vt mole ſua velat thronus abdita iura,
H aud ſecus & Chriſtum cenſuram auertere legis,
I uſticiaq́; ſua ſontes velare neceſſe eſt.
S ic erat & Simſon ſimulacrum nobile Chriſti,
I nnuba ſacrato Naſirum flamine mater
Q uem genuit, Solymi reuocato à ſanguine regis.
H unc genitor regem ſtatuit qui in verba ſalutis
D e cœlo veniat mundo, & legat agmina verbo,
C onſorteſq́; ſuo dicat de nomine gentes,
S olus vt ille ſuæ Caput & fiducia ſponſæ
E xtet, & hinc Chriſti dicta eſt Eccleſia corpus.
N ec me animi fallit mecum ſentire Mathæum
Æ mula cum ponit Naſiri nomina Chriſto,
Q uæ Manoæ nato dederat Mirabilis ales.
C hriſtus enim expoſitas cùm templi in limine merces
V oce loco mouet, ad vocem fugit inſtitor amens:
A ut in humum verbo fuſos vbi perculit hoſtes
M ontem Palladia dum cingunt fronde virentem:
A ut vbi morte ſua victor, tot funera in hoſte
P erficit, & nigras ſedes euertit, & omnes

P roſter-

P roſternit peſtes Erebi, mortemq́; vorat mors:
A n non exemplum Simſonis habere videtur?
Q uin, hunc iuſticiæ Solem pia turba fatetur
C ui fatis aperit ſacer impetus ora futuris.
O mnis in intonſo Chriſti ſtat crine poteſtas,
Q uem ſparſum Aſſyriæ frondis liquore rigauit.
N empe coma exemplum Verbi tenet, omnis in illo
V is latet, & regni impendens ceu nixa ruina eſt.
H ic externa adhibet verbo monumenta ſonanti,
P ignora deponens voti: Nam rore ſalutis
G ratuitæ renouat fœtum qui luce carenti
P ar fuerit, primas genitrix cùm fudit in auras
I nfectum lapſu primi genitoris, & ipſo
D egenerem vitio naturæ crimen amantis.
S ed purganda ſacro ſub gurgite membra lauantur,
E t rurſum generat præcordia credula flatus.
I nde omnes vitæ quos tædet turpiter actæ
P roſequitur venia, & commiſſo crimine ſoluit.
C umq́; animas ſitis atq́; fames ſub corde fatigat,
I pſum ſe nobis epulandum præbet, & hauſtus
S anguinis arcana fidei ratione miniſtrat.
H inc memores tantorum operum, decorumq́; ſuorũ
A ntè aram luſtrati animis libamina ſacra
A ccipimus, quæ cara ſui monumenta reliquit.
H is pater ipſe ſuos ærumna ſeruat in omni
N on alijs telis: his idem friuola perdit
A gmina, qui fidæ ſe audent opponere genti.

 Durate,

D urate, atq; animis verbum ſupponite veſtris:
N anq; vbi perdiderit Chriſti reſpublica verbum,
P erdidit omne decus, nec habet ſua robora corpus.
E rgò operis cauſam qui vult cõprendere noſtri,
T um ſciat, à primo genitalis tempore mundi
S i rerum inſpiciat ſeriem, quo numine Chriſtus
D uxerit in mundo Sponſam ſua verba profeſſam,
A tq; inuicta ſuis præſtarit robora membris:
N am ſua regna Deus verbi virtute tuetur.
P rincipiò ſummi Regis cum filius olim
V ellet in humana Sponſam ſibi ducere gente
O mnibus excerptam terris, cui patria regna
A nnuat, & ſecum conſorti in honore reponat:
E cce recens Ætas catulos imitata Leonis
H unc contrà ingreditur, fremituq; laceſſit auaro,
N ec Patribus parcit quorum ſub pectora ſparſum
N umen erat, toto ſed enim ſtat robore contrà,
D ecreſcit pietas, creſcit genus omne malorum.
I dcircò pater omnipotens in corde furorem
T raxit, quo tumidum Phaëtonta remouit Olympo
A ntè Dei natum confini vt ſede locatus
D iuinum preſſit ſolium, noſtræq; ſaluti
I nuidit, cum tergemini decreta Senatus
A ntè æui ſancita dies percepit, vt olim
I pſe Dei natus demiſſus imagine vili
I nuiſat mundum, nec formam luce coruſcam
S pirituum regione poli, ſed contrahat artus

Huma-

H umanos ardore hominum, maſſamq́ caducam
S uſpendat collo, patriaq́ in ſede reponat.
N ec mora, diffuſis omni de parte procellis
M ergebat totum pluuijs vltricibus orbem
O mnis vti videatur in imbres vertier æthêr,
N ec mare, nec tellus vllum diſcrimen habebant:
T antæne in culpas animis cœleſtibus iræ?
H inc ſed ab extincto fatali in gurgite mundo
N aſcebantur apes Semo cum fratre Iaphetus
D ulcia promiſſo de Semine pacta ſonantes
C uius in officio patrum ſpes nixa quieuit.
A t cum Tharidæ diuûm pater atq́ hominũ rex
Æ ternum haud longo ſancit poſt tempore fœdus,
O mnis vt à teſta genitali in parte putetur
C um dias hauſit niſu mas æditus auras:
G entibus vt monſtret ſtirpem nota fœderis huius,
E x qua mortales Verbum Patris induat artus.
H uius item membri pars trunca monere volebat
N on maris officio veniet quòd ſemen in auras
D euotum primo felici in valle parenti.
H inc vbi tercentum labuntur curſibus anni,
A dde quater denos quos Sol exegerat orbes:
T um Deus Abrami ductam propagine gentem
E x operum faſce in Pharia regione leuauit,
N ec non immunes à furni reddidit æſtu.
S ed mox propoſuit Sinai de vertice Legem
D eponens Canaân quo ſecum pignore certent

S i poſſent animo veros deprendere ſenſus :
N am ſeſe voluit ſub imagine pingere Legis.
E rgò datæ Legis valeant quò reddere cauſam,
I ungunt ſe ſocios Sponſæ quam rector Olympi
C onſciuit thalamo, Vatum, legumq́; peritam,
A tq́; illic inſtant fatorum exquirere ſenſus.
T ùm Deus excindit ductores Marte Philiſtas,
E t iubet in numerum partiri regna vocatis
H oſpitibus Ioſuam Canaæ qui rura ſubegit.
A t Regina thorum Sponſi pertæſa pudicum
C ui genitor ſceptrum dederat, regniq́; coronam,
V ulnus alit venis, externaq́; numina paſſim
A rdet, & abrumpit fœdus, ſoluitq́; pudorem.
Q uam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri,
Æ qua ſolo poſuit Iudæi culmina regni,
E t verſas fundo res tranſtulit, alta dederunt
V ulcano ſuperante deûm delubra ruinam.
T um ferro vicos cognatæ gentis, & igni
H auſit, & accitos in mutua fœdera traxit
D uctores, quorum ſimulat mens callida vulpes.
C ontinuò vincti ſocia agmina fœdere iungunt,
E t quæcunq́; feri cunctis eſt copia Martis,
H uius in exitium conſtructam vertere gaudent.
M ox erat hoc ipſum fraudi ductoribus ipſis,
Q uæſitæq́; nocent artes, ſcelerumq́; magiſtris
I ncumbunt, armis dum ſeq́; ſuoſq́; gerendis
P erdunt, & patriæ vertunt in viſcera vires :

H ei nunquàm placidum ſcelerata in fœdera finem.
E rgò ſui gregis in membris ſatus ille Tonante
A ffectus vinclis trahitur Babylonis ad oram,
D um ter mille hominum Vatis præcepta ſequuntur
I eremiæ, ſubduntq́ iugo ſua colla tenaci.
N am poſtquam imperium Ioſia generatus habebat,
T um cinxit Solymas armorum indagine valuas
A ſſyriæ rector, tituli qui in fragmine primo
D eductam tenuit Simulacri à nomine vocem
Q uod veteres, Nebo, diuino nomine dicunt.
H inc Nabuchdonoſor, diuinus nomine iudex
A ſſyriæ ſonat, Aſſyrij genus Aſſur e ducunt.
A ſt arguta cohors Vatum, quò nomen in omen
I nuertant, diriq́ notent immania regis
A uſa, loco tollunt Aſſur, Nezarq́ reponunt:
N am Solymã vaſtator humum tot cladibus vrgens
A ffecit, fundoq́ deûm penetralia vertit:
A uſus quin etiam monumenta auellere templo
S acra deûm, & flammis venerabile mergere tectum.
E t Syriæ florem gentis natalibus oris
A uulſit, dura nimium ditione fatigans.
S ed poſtquam Iſacidum ſtirpi Chaldæa propago
I nſultat probris, & ne monumenta ſuperſint
V lla piæ gentis, fixum eſt abſumere ferro,
E t iam vim vinclis temerarius adijcit Haman:
T um pater ipſe ſuum quo digerit omnia numen
M iſit, & agnatæ ſtimulos in pectora gentis

I ncuſsit, tum vincla Coren, fortemq́ Darium
A rcta leuare iubet, gentemq́ reſoluere nexu,
E t ſimul ex aſina maxillam tollit auita
C ui molem impoſuit Moſes ſub lege ferendam,
S cilicet Heroas Deus arte & Marte potentes
S uſcitat impulſu, Danielem voce ſonantem
F atorum ſenſus, Eſramq́ in lege peritum,
H achaliaq́ ſatum, Mardochæumq́ reflexo
Q ui negat eſſe genu vultus ad Hamanis iniqui.
H i demum valido muniti numine pectus
I nuadunt hoſtes Babylone, & Perſide ſparſos,
E t penitus toto Iudæos orbe vagantes
R eſtituunt, reparant regnum, cultuſq́ Deorum.
I nterea curſus aliquot peragentibus annis,
A ntiochus, generis clari quem gloria tollit,
I nſultu exercet doctrinæ membra beatæ,
G entis & exhaurit vires: nam ſcrinia ſacri
P onderis in Solymo reddebat inania templo,
Æ re ſacros vultus ſtatuens, adytoq́ reponens.
T um multis vicibus bella inteſtina mouebant
A ſmonij proceres, externaq́ fœdera inibant
G entis, & in partem belli, prædeq́ vocabant.
H erodes natu grauior cum dira tenebat
F rena, plagam Solymam plagis conflixit acerbis,
O dit quos metuit, tollit quos ſurgere cernit.
A t Iudæus homo poſtquàm res eſt malè geſta
C orde ſuo trepidat, feruent bella impia feruent,

Sub pedibuſq́ iacet reuerentia debita diuis.
Fortè ſed hîc Solymæ cultores occupat æſtus,
Præq́ angore ſitim fibris cor intus anhelis
Colligit, extrema vitæ labentis in ora,
Cum nuſquam caperent prouentum ſemina verbi:
Nam Bacchi & Cereris facilis iactura fuiſſet.
Rari quippe boni ſacra in ſtatione manebant,
In quorum numero partem Machabæus habebat,
Et Simeon, Parcæ cui penſa extrema legebant,
Quem deſiderio Chriſti cortyna teneri
Vidit, vt à ſacro reſponſum flamine cœpit
Non niſi præuiſo viſurum funera Chriſto.
Talis Sacharias quo non Iordanis ad vndam
Cum conſorte thori reuerentior vlla deorum
Stirps erat, officium ſacræ quæ ſortis obibat.
His Mathani uatum, ſociamq́, genuſq́ propinquum
In numerũ refer, & numero quos prendere non eſt,
Qui cuncti ad fœtum mulieris ventre futurum
Aſſenſum cordis voluêre in morte tenere,
Et finem illorum reſpublica priſca ſecuta eſt.
Ecce Dei natus tanto in diſcrimine languens,
Inq́ ſuis orans ſua ceu per membra miniſtris
Pangit opus querulum veræ pro fonte ſalutis.
Sed genitor cladem metuens in gente fideli
Annuit, atq́ aſinæ maxillam findit auitæ
Gente ſub Hebræa, vatemq́ in luminis auras
E ſterili producit anu, qui fontis ad inſtar

 Irrigui,

I rrigui, puris tergebat crimina lymphis.
I lle ſiti laſſos vena labente ſalutis
R eſtituit, tum membra vigor ſub tabida venit.
P arua mora eſt, ſequitur ſacri veſtigia vatis
C hriſtus, & ingreditur valuis, atq́; aggere cincta
M œnia, quæ ſacræ ſpectant iuga celſa Sionis,
E t genus incæſtum vitæ melioris ad vſum
H ortatus, vocat in partem regniq́; thoriq́;,
N ec deſpecta prius fugit connubia, quamuis
H eu temerè exoluit contrà data fœdera nexus.
S ed poſtquàm inſtituit Synagogæ iungere fœdus,
E t pia doctrinæ commertia Chriſtus habere:
I n furias, odiumq́; ruunt, & protinus omnes
C ollecti proceres quibus eſt commiſſa poteſtas
I mperio gentem premere, & quibus addita cedit
C ura ſacræ ſortis, ſummis conatibus audent
C ondere fraudis opem, ſi quà fors adiuuet auſa.
P ars cuneos in bella legunt nocturna, manuſq́;
I nijciunt, peraguntq́; reum non criminis acti,
N ec rabiem ſatiant donec mersêre ſepulcro.
A tq́; vbi ſub cauea tumuli in ſtatione manentes
E xcubias ſeruant vigiles: tum victor ad auras
E xijt, & tumulo nulla pote mole teneri.
A ſcenſu hinc ſuperat ſublime cacumen Olympi,
D eiectaſq́; Erebi valuas, & rapta trophæa
I nferna ſub ſede, poli de vertice figit,
S ub pedibuſq́; videt nubes, & ſydera Chriſtus.

Vix

V ix dum luſtra ierant annis voluentibus octo,
C um Titus eductis ſurrexit in arma maniplis,
R omanaſq; aquilas Solymi ſenſère coloni
A ëria quas fortè plaga longè antè videbat
A d Syriæ tractus pennis ſe vertere Moſes.
F it cædes vrbe euerſa, flammæq; furentes
C ulmina perq; hominum voluuntur, perq; Deorum.
E rgò vbi paſſa fuit diuino in amore repulſam
G ens ingrata Deo, veterumq; oblita bonorum:
T um genitor miſeros dignatus amore Iaphitas
V atem Tharſiaca qui ſe de gente ferebat
S ede poli nobis in fœdera ſacra venire
P ræcipit, & quæ ſit noſtri deferre cupido.
A t Satanas fatale odium, fatalia bella
Æ ternùm Chriſto intentans, verboq; ſonanti,
H aud paſſus tantos lætè procedere amores
I nuidia noſtri, ſed enim molimine vafro
I ngenia exciuit quæ ſacro in codice verbis
Q uaslibet inducant nullo diſcrimine formas,
E t rectum eludant ficta ſub imagine ſenſum.
H inc populum latè credentum excindere ferro
C onatus, mouet arma ducum, paſſimq; piorum
S anguine ſqualet humus, nec fixa eſt meta furori.
S ed quò cæde magis, factiſq; immanibus inſtat
P rædo: pij generis tantò magis auctus habebat
E uentum numerus, qualis cum fœta procellis
C rebrior exercet Nothus æquora, denſior altis

N ubibus excutitur grando : tum multa marinis
G emma venit conchis, & in auras pulcrior exit.
E rgò vbi nil actũ eſt ferro, non immemor artis
I lle ſuæ contra, nouus emicat, inq; miniſtrum
L uminis, in dubijs dicturum oracula rebus,
C ontulerat verſos ſimulato numine vultus,
H acq; adeò ſpecie effulgens incognitus ibat
S acratos inter proceres, viruſq; per artem
I pſe ſuum inſinuans, ardorem infudit habendi,
E t leuis ambitio ſtimulos incuſſit honorum.
T um certamen erat magno de nomine magnum,
E t paſſim figit leges hic, ille refigit.
H is, alijſq; modis ſtygio compulſa furore
A gmina, tentabant Chriſti conſtringere membra.
S ed quia pendebant ſummo de vertice Chriſti
M embra, vigor quæ ſanus adhuc electa mouebat:
N on vincire poteſt Chriſti nec vincere membra
H oſtis atrox, ac ipſe ſuis vafer excidit auſis.
N am cor in arbitrium verbi fixère potentis,
E t mentes ſacri tenuit fiducia roris.
I amq; nouas iterum tentabat lubricus artes,
A tq; aliquos templi pinnarum in vertice ſiſtit,
E t proponit opes, & quos habet orbis honores:
H ic qui forte velint à tramite flectere verbi
I nuitat precijs animos, & pignora ſiſtit.
M unera præcipuè ante oculos, circoq; locantur,
S ceptra, voluptateſq;, & lætis otia rebus.

Extemplò

Extemplò aduertunt mentes, doniſq; propinquant
Primores gentis, ſequitur quos cætera turba:
Veraq; relligio pedibus ſubiecta viciſsim
Proteritur vulgò, Chriſtiq; iubentur alumni
Ad morem legis genitali in parte recidi.
Pars rem diuinam facit, & te Chriſte nefando
More litat Patri, ſacriſq; indulget iniquis
Vt leuet è flammis ſontes purgantibus vmbras.
Pars Chriſti meritum, fuſumq; in morte cruorem
Pro nihilo pendunt, & inania numina fingunt.
Omnis in Heroas veniæ ſpes nixa reſedit
Triſtia qui Chriſtum paſsi, ſunt funera paſsi,
His tribuunt vires auctoribus, hoſq; Tonanti
Obſidis in morem pro ſe deponere tentant,
Quos olim falſo damnatos crimine mortis
Demiſère neci, nunc caſſos lumine adorant.
Pinguibus hi menſis etiam diſcrimina ponunt,
Legitimoſq; vetant ſociatæ coniugis vſus.
Hiſq; modis iterum veluti de canabe nodis
Membra parant Chriſti ſcelerata lege tenere,
Atq; hos, atq; illos aditus, omnemq; pererrant
Arte locum, ſi quâ poſſent vim ferre latentem.
Sed contrà eſt ingreſſa palàm Doctrina, nec vllos
Paſſa dolos, ſacris eſt auſa obtendere dictis.
Æternum ſeruans igitur ſub pectore vulnus
Molitur vires coluber, ſi frangere tandem
Poſſet, cui toties dentem in veſtigia figit.

Aggre-

Aggreditur, loliumq́ bonis ignobile granis
Miſcet, pro ſpicis tactu venit aſpera meſſis:
Nam velut innexo ſacratam fune ligaret
Cæſariem Chriſti, tali ratione profanas
Miſcuit incantè ſacris cœleſtibus artes,
Verborumq́ fidem pictura eluſit inani:
In facinus iuraſſe putes, ita ſemine multo
Fertur atrox error, Getico nec limite tantum
Continuit greſſus, ſed humũ quoq́ fraudibus implet
Sole ſub occiduo poſitam, ceu viſcera Cancer
Cùm premit, & virus vires acquirit eundo.
At vulgi inſtabiles animi, cæciq́ furore
Iudææ gentis veteri ſe more tenebant:
Pallade nam ſacros vngunt ſine crine miniſtros,
Aroniſq́ modo perſonam ſumma gerentem
Frena ſacræ ſortis diuinis vſibus aptant.
Accipe nunc Sathanæ inſidias, & crimine ab iſto
Licia diſce quibus Chriſtum Babylonia pellex
Aggreditur, capitiſq́ ſacrum flauentis honorem
Colligit in nodum: tum figit acumine claui
(Hunc de dente feræ, quam vidit in ordine quarto
Ferre gradum Daniel, Phocas incude peregit,)
Præſulis ad ſolium, currit quà flumine Tybris.
Maximus ille hominum, diuûmq́ interpres Aſylas
Arbitrium cœli ſumſit, noctiſq́ profundæ:
Namq́ vicem diui ſimulat quem maximus orbis
Præfectum Chriſti gregibus, dominumq́ ſalutis

Accipiat,

A ccipiat, ſontes animas ille euocet Orco
P allente, aſt alias tenebroſa in tartara mittat,
O mnibus inuitis qui quenq; audere laborem
F as habet, hos ſoluat qui crimine, & implicet illos:
V endidit hic auro cœlum, Chriſtiq; cruorem
D epoſuit, fixit leges, verbumq; refixit.
T um verò res ſacra loco verſatur in arcto,
S tant acies, ferrumq; tenent, hei penè remoto
O mnia cum verbo ſolatia rapta fuerunt.
S ed proceres Aſiæ Sacrorum frena tenentes
B ernârdusq; tenax fidei, ſocijq; laborum
Q ui benè Conſtanti ſedem tenuère ſub vrbe,
A tq; alij quorum frontem ſacra infula texit,
N e latum voluère ſuis de partibus vnguem
T erga dare, aut victi ſua terga dediſſe videri:
V era probant cauſis, & inania dicta reuellunt,
F ortiaq; iniuſtis opponunt pectora rebus:
H is adde Heroas qui cornua ſumma tenebant
I mperij, & frenis ſubigebant Teutonis oram.
O mnes nam retrahunt clauo ſua colla tenaci
Q uo caput intonſum Chriſti, verbumq; ſacratum
D egener adfixum Petri ſucceſſor habebat.
H aud illi genibus ius accepere minores,
S ed ſeruare fidem ſumma nituntur opum vi.
N am vulgi antè oculos doctrinæ oracula ponunt,
A tq; occulta modis quæ prodidit omina miris
I nſtructus ſacro Iohannes numine mentem.

A ſt vbi gens hominum ſceleri ſcelus addidit: & (iam
C opia vocalis peperit faſtidia verbi:
S enſit atrox Serpens quòd opis fiducia noſtræ
P endeat inuicti villoſo in vertice Chriſti,
O mnis & in verbo virtus ſtet fulta ſonanti.
E rgo furens animis aderat, verbumq́ trahebat
I n præceps, & ſpes mærentum intercipit omnes.
S tat manus ampla virum, ſtygiæ ſtant agmina gentis
S tructa, parata dolis & aperto tendere Marte,
I ntenduntq́ acies, & tela micantia, ſignum
Q uod petitur Chriſti caput eſt, fideiq́ magiſtra.
P rima duces ineunt mota certamina lite
A rrius, & Getico tonſus cum numine frater
S ergius, hi Chriſtum diuinæ ſtirpis habere
I ura negant, alij carnem cum numine iunctam:
G raia Dei nati perſonam fana ſecabant:
E xcidit his animo ſaluantis imago cruoris
Q ui ſemel exoluit mundi pro crimine mulctam.
H inc morem inſtituunt ſacrorum, & noxia gentis
C orda iubent proprio delicta rependere niſu,
E t ſibi ab integra cœli ſpem quærere vita.
O rbe ſub Eoo venit Alcoranus in orbem,
O cciduiſq́ plagis edunt Decreta ſub auras,
R anarumq́ modo quarum vis numine læſo
Æ gypto incubuit, replent erroribus orbem,
A ccinguntq́ omnes operi, ſtringuntq́ lacertos
V t villi ſpolium Chriſti de vertice carpant.

T um monumenta Dei vulgus ſine acumine mentis
Negligit, & fœdas prætendit aranea telas.
I ungit opes, iungitq; manus cui Iulia nomen
S tirps dedit, & ſacros Muſarum intercipit vſus,
E t parat infandas in pubem ſpargere chartas
C um quibus excutiat vero de calle ſalutis.
I mpediunt alij doctrinæ ſenſa figuris
P erplexis, tantumq; vmbras, & ſomnia captant.
M onſtra hominum fuci ducentes otia cellis
I ndulgent genio, conceſſaq; munera doctis
A lueolis, vertunt ignaui ventris ad vſum:
C entum vrbes habitant magnas, gentemq; coercent
I mperio, immemores ſtudiorum, & ſortis auitæ,
E uehitur nemo niſi cui fortuna benigna eſt.
H is affecta modis ſummi nurus ægra parentis
C æſariem perdit robur fatale tenentem,
E t capitis ſpolium ſibi degener aſſerit hoſtis.
A rboribus folium, telluri gramen honori,
L ana nitens agnis, auibus ſua pluma decori eſt:
D eme auibus plumas, auibus ſua gratia demta eſt,
D eme comam capiti, capiti ſua gratia demta eſt.
E cce autem amiſſo vocalis munere verbi
S cinditur incertum ſenſa in contraria vulgus,
V t quondam comites lucis quibus vſus ademtus,
I n præceps calle ambiguo ſimul error adegit
L ubricus: haud aliter ratio ſine lumine verbi
L abitur in vitium, nec quid fugiatúe, petatúe

V oce rata ſtatuit, nec mentis læſa facultas
A udet in ambigua diſcrimen ponere cauſa.
- Iamq́ Dei nati priuatur lumine corpus,
N ec ſatis hoc, ferri ſed retia dura tenacis
C rura premunt, iam nulla videt diſcrimina falſi,
A uris, & ipſa fides ſcelerato pendet ab ore.
Q uin vſq, extremas vitæ pulſatus ad oras
V erberibus, vitam piſtrini ducere in antris,
A c operas haurire, & ſpicas frangere ſaxo
C ogitur, & ſignum collo geſtare laboris.
N imirum extrema mundi ſub parte furentis
I ſaides vates nobis ea vincla canebat,
M ulta gemens, ignominiam, puteiq́ tenebras
O bſcuri, tum quos amiſit inultus honores,
P ræq́ angore animi lucis quòd perdidit vſum,
T unc cum fortuna dederint quòd terga propinqui.
H ei malè tum Chriſti de corpore forma relicta eſt,
S i cum cæſarie geminum quoq, lumen ademtum eſt:
Tum virtus fugit, atq́ in ventos gratia cedit,
E t totum horrenda premitur caligine corpus.
S ic vbi verſatur vinclis, & carcere Chriſtus:
N on quenquam è numero comitum fortuna reliquit,
S ola latus cinxit teneræ propago iuuentæ
R ore pio luſtrata, fidemq́ impunè profeſſa eſt.
O mnis in hac vna palmæ ſpes fixa reſedit,
S eu nos Roma iugo premeret, ſeu carcere Turca.
N am ſæpè inſonti gemitum de corde profundens

Vota

Vota gregi iunxit Chriſti qui nomine gaudet.
Idcircò genitor longo iam tempore longo
Cœleſtûm numeros gregibus lactentibus auxit,
Et fidei ſocijs cœli ſimul annuit arcem:
Vſq; adeò ſacri generis venerabile germen
Cœperat aßiduo iuſta incrementa virore,
Et truncæ ab radice comæ ſub vertice Chriſti
Cœpêre amiſſos meditari rurſus honores.
Nam malè cum ſocijs Hußides preſſus ab hoſte
(Piſtrini ceu traxit opus verſatile Simſon
Affectus grauibus ſub gente Philiſtide vinclis)
Exeruit dotes animi, vireſq; receptas
Extulit in lucem ſcriptis, ſenſimq; redemta eſt
Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inermes,
Reſpexit tamen, & poſt triſtia vincula venit.
Tandem poſt tenebras, & longa ſilentia Verbi
Aſſeruêre ſuum Chriſto decus, vltimus æui
Helias, ſtudioq; pari coniunctus Eliſa
Albis Saxonicas vbi curſibus alluit vrbes.
His amor vnus erat, pariterq; ad ſacra vocati
Munera, communi iuuenes ſtatione docebant.
INTEREA veniũt ſacrũ ad ſolenne Dagonis,
Conciliumq; duces auguſta ad limina cogunt,
Et miſer, & ſpretus patitur faſtidia Chriſtus,
Qui geminas inter duro ex adamante columnas
Cum comite impubi Getico compreſſus ab hoſte eſt,

 Inſultuſq;

I nſultuſq́; pedum Romano à præſule ſenſit.
N empe ſub his regnis Reſpublica ſacra duobus
C omprimitur, geminis velut interpoſita columnis.
S ed rediјt victis ea demum in corda voluptas
Q uòd coma prolixos iterum de vertice villos
E xeruit, flauoq́; caput velatur honore,
D um fidei radius detecta fraude refulget,
E t diros cultus, temerataq́; ſacra deorum
A rguit inuictus ſcriptis & voce Luterus.
E rgo ſub extremo ſpacio, ſub fine laborum
I ngemuit Chriſtus, dixitq́; nouiſsima verba:
C redula nam cœlum ſingultu corda fatigant,
E t geminas certant ſtatuas euertere votis
Q ueis penitus ſæui Serpentis regna recumbunt.
A rma pijs verbum, lacrymæq́;, preceſq́; ſuperſunt,
I n rerum dominos non eſt contendere tutum:
S cilicet is Chriſto labor eſt, nam ſpiritus oris
I mpellit, validaq́; trabes vi corripit ambas:
E moti fundo lapides, & cardine poſtes
E xcuſsi, gemitum lapſura mole dederunt,
E xitioq́; ſibi domus imminet alta, viriſq́;.
C ultus enim Myſtæ libantis, & innuba vita,
(G ratia dijs,) certa fallax ratione reperta eſt,
Q uæ duo, ſi neſcis, ſuſtentant fulcra Papatum.
N ec tamen abſtinuit, vociue, operiue pepercit,
S ed parat extremum Chriſtus tentare laborem,

Et

Et crebro trabium quaſſat latus impete, dum iam
Saxa labant, fundoq; trahant conuulſa ruinam.
Sed licet & mundi quondam iactura ruentis
Membra premet Chriſti communi obnoxia fato:
Hæc tamen ad lucem momento verſa ſub vno,
Aërijſq; inuecta plagis, inimica viciſſim
Signa pari imperio ſubigent cum principe Chriſto.
Chriſte veni, iam tempus adeſt, te mœſta tuorũ
Vota vocant, ne necte moram, mora triſtis amanti,
Sat veniæ indultum ſpirantibus arma Tyrannis
Qui tibi, quiq; tuis gaudent illudere regnis,
Si qua tuæ nunc gentis habet te cura venito.

INVICTISSIMO ET POTENTISSIMO ROMANORVM IMPERATORI, DIVO FERDINANDO SEMPER AVGVSTO, BOHEMIAM NVPER INGRESSO.

CARMEN GRATVLATORIVM SCHOLÆ IOACHIMICÆ.

Vm parat ingreſſus ad regia limina Pragæ
D Cæſar ouans, Aquiliſq́ refert inſigne duabus,
Quas quondã Arminius victricibus abſtulit ar-
F ernando rerum Domino gratatur honorem (mis:
G rata nouum, quæ per valles fundata Sudetum
R elligione Dei caſtos Scola format alumnos.
H ic olim in ſyluis inter deſerta ferarum
L uſtra trahens vitam, paſtum Cunradus agebat
A rmenta, & culmis conſertum tegmen habebat
P er loca vaſta ſitu, non dentes vomeris vnci,
N ec cultus experta hominum: non preſſa viarum
I ndicia huc quenquam directo calle ferebant.
T um vacuum nemoris tractum, vaſtoſq́ receſſus
A uſtrali obuerſos lateri, gens accola flaui
A lbidos ad fontes germana voce Sudetes

Dixit,

D ixit, & ex illo ſeruarunt tempore nomen.
N unc Vallis læta, & Romæ ſe montibus effert,
Q uà pater & proles, & viuida flamma duorum
E x maſſa melioris humi, cum ſulfure viuo,
N ec non Mercurij vena ſpirante venenum
V i dicente creant argenti, æriſq; metalla
M ulta modis multis, Aquiliſq; notata duabus.
E rgo etiam teſtata ſuum tibi maxime Cæſar
O fficium, pro parte ſua Scola debita Vallis
T endit in occurſus, & dona, inſignia dona
A rboris vmbriferæ, qua ſæcula nulla tulerunt
M aiorem, quæ tot durando ſecula vicit,
M ittit in augurium fœlix, ac omina regni.
I pſa auguſta, ingens, veneranda, inſignis, opaca,
S acra comam, curaq; Dei ſeruata per æuum,
P ulcra modis miris, cœli quæ tendit in auras
F atales apices, terraq; immobilis hæret,
Q uam Daniel ſacro deſcripſit carmine vates
C uius ab attactu rabidi abſtinuère Leones.
D ona ferant alij facti, infectiq; metalli,
E t puri maſſas æris, Phœbiq; coruſcis
P eruia luminibus ramoſa, rubentia fruſta,
V t quondam rubri per terga nitentia vitri
M anè inſerta raadios tranſmittit apertos.
A ddde his naturæ varios in imagine luſus,
A rtificumq; imitata manus tot corpora rerum,
E t partem arboreo de ſtipite, quem ſimul olim

F atali euulſum pluuia, cœliq́; ruina,
P roruit agger humi, & ſtygias detruſit ad vmbras.
N unc terræ anfractu mutatum ſemine ſaxi
R ecludunt, tacito foſſores omine læti.
S ed nos concipimus pro ſaluo Cæſare vota,
A tq́; in honore nouo depingimus Arboris omen,
I ngentes cuius ramos, & brachia latè
I n ſomnis multo ſuſpenſus numine vidit
A ſſyrius Cæſar: nec enim ſine pondere regum
V erba cadunt, & habent aliquid ſua ſomnia fati.
S ed tum ſollicitus monſtris, oracula Cæſar
F atidici Danielis adit, qui ſenſa reſignet
A rboris, irriguam mundo quæ ſufficit vmbram.
I llam arbor vitæ Chriſtus, qua viuidus humor
P rofluit arentes in ramos arboris huius,
C onſertam plantauit humo, dehinc robore verbi
F ulciri immotam dedit, & contemnere ventos.
N am poſt illuuiem fatis cum perdita tellus
V iſa aperire nouam faciem, ſedeſq́; relictæ
T orperent, ſegneſq́; ſitu per inane iacerent:
T um λόγος æternus, vitæ durabilis Arbor
D ulce rudimentum diuino ex ore ſacerdos
R eſtituit, ſanctumq́; chorum ſua iura profeſſum
F undamenti inſtar Verbi ſub rupe locauit,
Q uod non tartareæ potuère euellere portæ
H actenus, & fundo excuſſum è ſtatione mouere.
M ox gentem indomitam, & nulla ſe lege tenentem,
Compo-

Compoſuit, legesq́ dedit, ſparſosq́ penates
Inter ſe ſociæ iunxit compagine vitæ,
Dent operam ne pacis honos, infractaue cedat
Iuſticiæ cenſura loco. Sed vt inde iuuentus
Congreſſu in medio de relligione doceri
Poſsit, & incultum vulgus ſine crimine vitam
Degat honeſtatis plenam, timidamq́ Deorum,
Et contrà horrificas ſoluat gens noxia pœnas:
Tum Pater omnipotens rerum à quo ſumma poteſtas,
Conſtituit ſellam, Maieſtatemq́ verendam
Impoſuit, ſceptrumq́ dedit, quo fœdere certo
Et tegere, atq́ alios ſciret demittere letho
Qui pacis leges, aut vitæ fœdera turbant
Alterius thalamos auſi inceſtare iugales.
Ante Noam nulli geſtabant frena regentes,
Nec ſceptra accipere, & primos attollere faſces
Mos erat: in domibus ponebant iura parentes,
Et ſumma imperij pendebat ab auſpice Noha.
At de ſtirpe Chami ſedem Babylone tenentis
Producta imperij creuit prima Arbor in auras
Culta Dei palmis, & opacum fronde cacumen
Nubibus æquauit, ramoſq́ extendit in orbem.
Nam Deus excitum Nimrotha in regna vocauit,
Iuſticiaq́ dedit gentes frenare ſuperbas,
Atq́ viri ſtimulos acres ſub pectore vertens
Numine ſufflauit rapido, & vim ſubdidit iræ,
Quò latè fines orbis, populoſq́ feroces

 Cogeret

Q uò latè fines orbis, populoſq́ feroces
C ogeret in numerum, & victor ditione teneret.
N ec dextræ audenti Deus abſuit, ille latrones
S uſtulit, & fato crudeli miſit ad Orcum,
D um partes venantis agit qui fixa ferarum
S igna pedum clamore premit: ſi quando patentes
T ranſmittunt curſu campos, ille impiger arcum
C orripuit, raptoq́ volat telo obuius illis,
N ec prius amittit quàm ingentia terga ferarum
F undat agens telis: haud illo ſegnior ibat
M agnanimus Nimroth, celſi quem rector Olympi
L umine proſequitur placido, & comitatur euntem.
H ic ducibus dat regna, duces ſimul inſtruit armis
S tans acie in media, penes hunc victoria belli
V ertitur, hic populos vinclis, & carcere frenat
I ndomitos, & colla iugis ſubmittere cogit.
A urea per terras illo ſub rege fuerunt
S ecula, cum ramis arbor tulit aurea mala,
I uſtitiam, cultumq́ Dei, ſanctumq́ pudorem,
E t ſine fraude fidem, & pacem rerũ omniũ alumnã,
Q uæq́ micat virtus ipſo precioſior auro.
A t cum poſteritas feruens, aduerſa ferebat
C orda Deo, Natoq́ Dei, vireſq́ potentes
A udebat contrà Regem coniungere regum:
T um lapſis effœta comis exaruit arbor
Aſſyriæ quæ ſtabat humo, & Babylonide terra
M arte, viriſq́ potens olim: ſed ſceptra Deûm rex
S ortitur, voluitq́ vices: nam ſtirpibus imis

V irga loco ſubiens noua ſe commiſit in auras
M edorum in campis, & diuite Perſidis ora,
E xeruitq́; comas iterum, & ſe ſuſtulit arbos,
E t fortes rami Cyrus, Medusq́; Darius
P ræbebant victum populis, & commoda pacis:
H îc riguam captans ſub ramis Arboris vmbram
F eſſa malis habuit tutas Eccleſia ſedes.
T empore tunc illo ſeclorum argenteus ordo
A uro deterior mundo veſtigia fecit.
E t tunc pectoribus candor, nec corde latentem
N utribant fraudem, & ſimulabant fronte fauorem.
S ed (veluti nihil eſt vnquàm durabile terris,
E t rarò ſequitur patrum veſtigia proles:)
C um fera tempeſtas incumbens Perſidos oræ
A rboris auguſtæ frondes concuſſit, & omne
I mpulit in latus, & venti cum turbine magno
C ertabant ab humo fixos conuellere ſtirpes:
I pſe etiam Xerxes cum bella iniuſta mouebat,
E t faſtu Argolicam ramos extendere in oram
T entabat: tum ſicca comas deiecit, & almum
P erdidit humorem regni venerabilis Arbor,
E t nihil eſt quod non fatorum lege tenetur.
A t nouus è ſiccis radicibus iuit in auras
S urculus, ingentemq́; ferens è ceſpite ſyluam
B iſſenis latè caput extulit arbor ariſtis
M agnus Alexander, genus alta è ſtirpe Philippi.
Q ui regnum Oceano, famam coniunxit Olympo.

Hunc

Hunc fore qui grauidam imperijs, belloq; ſuperbam
Auroram, & Scythiæ ſub leges mitteret orbem,
Sacrati monuêre patres ſub nomine Capri
Qui cornu petit, & curſu qui flamina vincit.
Huius ab imperio magna quod ſtabat opum vi
Tertia gens hominum ſurrexit ahenea mundo,
Sanguineq; manu crepitantia miſcuit arma.
Mox vbi ſuccreſcens viridi de corpore matris
Pullulat ab radice frutex, & quatuor altè
Tollebant animos virgulta, locoq; ſubibant:
Frondea tum ſubito decumbunt germina letho,
Nec teneri in vacuum poſſunt ſe extendere rami,
Sed ſuccum alterius pro ſe trahit altera planta,
Creſcentiq; adimit fœtus, vritq; ferentem:
Nam vires adimit magnis diſcordia rebus.
Donec ad extremùm mediæ radicis ab aluo
Quæ ſuccum trahit, & veluti cor arboris ipſam
Suſtinet, & laticem fibras deriuat in omnes,
Surculus ingenti ſylua ſe lætus ad auras
Exeruit, laxis per purum emiſſus habenis,
Vnde orbis domitrix Romana potentia vires
Extulit, Auguſti augurio ſtabilita ſecundo.
Vt primùm truncos hæc ſenſit planta valentes
Fiſa opibus, ſtans mole ſua: tum quatuor iſtis
Humorem ex plantis, & vires ſuſtulit omnes,
Et mox ad cœlum ramis fœlicibus arbor
Exijt, & recto ſuperauit vertice nubes.

Vltima

V ltima regnorum ſeries ſata ſemine ferri
C œperat auſpicium, qua nuſquàm durior vlla
F irmauit ſua regna, & vicit cætera ferro.
P lanta ſed hæc ramis ſurgens è Tybridis ora,
A d Lunæ montes, pinguemq́; Eufratis ad vndam,
E t vada Danubij, flauenteſq́; Albidos oras
P rotulit imperij metas: dum ſceptra tenebat,
E t res Romanas Auguſtus Cæſar habebat.
F ronde ſub hac (cuius ſacro de germine Vates
S oluebant linguam fatis, quòd maxima rerum
A nte æui finem regnum ſine fine tenebit)
A uſpicium fecit pulcra experientia iuris,
E t ſatus ipſe Deo vitæ venerabilis arbor
S tirpis Ieſſeæ ſiccis radicibus olim
S urculus emicuit ſub valle Naſaridos oræ,
C ui plantas perhibent nomen poſuiſſe feraces.
A uſus quin etiam Chriſtus ſuper arbore pulcra
R omani imperij, ſacros inflectere vultus.
N am dum illi cenſum ſoluebat in Ephratis ora
V irgo parens: vrbis conſortia iura recepit
F ilius, à Copher nomen cui ducitur vrbi.
H ic factus membrum Romani nobile regni
E xercebat opus falſo ſub patre Ioſepho.
I dem etiam nummum Petrus quem piſcis in ore
R epperit, exemplo volui credentibus eſſe,
Q uiſq́; ſui pro ſorte loci quò iuſta tributa
A uxilium regni perſoluat, & Arboris huius.

M ox plantam vitæ dum ſeditioſus Apella
P roſequitur crudeli odio, ferroq; cacumen
O btruncans, framea diffindit nobile lignum,
E t pulcros ferro conatur vellere ramos
A rbore ab hac regni, nemorum quæ maxima ſurgit:
H unc contrà ingreditur Chriſtus, violentaq; corda
D iuinis implet monitis, ſe cœlitus orbi
H aud ideò miſſum mundana vt regna capeſſat,
A ut ducis Herodis, Tyberini aut præſidis oras
M ore hominum, gratìs ſiquidem cœleſtia regna
D iuidit, & ſupera ponit ſub ſede beatos.
Q uare agite ô cenſum Tyberina ad flumina Plantæ
S oluite Iudæi, & placidas ſubmittite mentes,
H anc tegite, & duris illam ſubducite fatis,
E t libate preces, regnoq; orate ſalutem,
I aphetiq; togam fœdis prætendite næuis,
Q ua quondam errores velauit Eliſa magiſtri.
I nde ſub hac letho datus arbore victima Chriſtus
A uſpicium ſceptri fecit, regniq; potentis
S piritus in verbo cuius moderatur habenas.
I lle & Romulea congeſſit ab arbore grana
S eminis ætherij, terras quæ miſit in omnes
M ateriem meſſis qua compleat horrea cœli.
S alue Arbor plantata Deo, cui miſſus Olympo
C uruauit genua, & vultus ſubmiſit honeſtos,
A d cœlum cuius laudes ſublimè tulerunt
B is ſex legati cœleſtia iura ferentes.

Nam

N am poſtquam Synagoga furens in robora vitæ
C ompoſitò inſurgit plagis, atq́ ictibus inſtat:
E t mox alterius lentum conuellere vimen
C onata, inſignes Romana ex arbore plantas
T runcatim ferit, & manibus decerpit aduncis:
T um Pater omnipotens vſus vi ſtipitis huius
S ternere cæde viros, Solymamq́ exſcindere gentem
M arte ſinit, longaq́ vrbem obſidione teneri,
A tq́ omnes vicos flamma crepitante cremari.
Q uippe animo vidit Bileam longè antè, remotis
F inibus Europæ vectos mare findere claſſes
R emigio, & curſum Iudæas vertere ad oras:
R omanaſq́ Aquilas prædæ per inane ſagaces
C onſpexit Moſes corpus librare per auras.
S ed quamuis arbuſta aliquot Romana, premebant
V italem Plantam, & Plantæ conſortia teſqua,
A tq́ ideò viridi decuſſa è ſtirpe cadebant,
V t Nebucad Nezar nodoſum & inutile lignum:
N on tamen arbuſtis caruit fœlicibus arbor,
S ed ſubière loco fœcundo è ſtipite frondes,
E t vires habuêre ſuas, victumq́ beatum
S uffecère pijs, & in æſtu dulce leuamen.
V erba Dei amplexi cupidè, Verbiq́ miniſtros
C æſareæ de gente domus Narciſſus, & illi
C oniunctos ſub ſorte pari quos aula fouebat,
D euinctum officijs Paulum reuerenter habebant
T harſiaca de gente ſatum, miſſumq́ ſupernè

R ex ſuperûm Vatem voluit quem gentibus eſſe.
P linius eloquio Traiani ad Cæſaris aures
S oluebat linguam Chriſti pro paupere cœtu:
D um Conſtantinus tandem, Cæſarq; Philippus
P ræſtabant Chriſto verum pietatis honorem.
N am poſtquam radix ſpacio diducta locorum
E xtendit fibras noto de Tybridis alueo
A rgoliam: geminas in partes ſtipite ab vno
A rbor ijt, Tyberina alter penes oſtia manſit
I nſigni cum flore frutex, ſed ſtirpibus imis
C onſtantinc tuam ſe protulit alter ad vrbem.
V erùm vbi deiecit virides exhauſtus honores
H eſperiæ parte frutex, & viuida radix
F ibrarum flexus ad Francica rura tetendit:
S urgit ibi lætas radice emiſſus in auras
S urculus, inſignem cœlo quem tollere frondes
Imperijs egêre ſuis pia numina diuûm.
D at vires, adimitq; Deus, regniq; coronam
D iuidit, & transfert, alios ad ſydera tollit,
I llos mergit humi deiectos culmine regni.
E cce autem antiquis orta è radicibus Arbor,
A cquirit vires, & læta, & firma cacumen
E xerit, & latum in ſpacium ſua brachia fundens
F ronde pijs vmbras, & victum è germine ſpargit,
A tq; bonas artes Germanas plantat in oras,
E t contra inſultus ventorum immobilis hæret.
T empore nec longo radix in Saxonis ora,
Viciniſq;

V iciniſq; plagis trudebat conſita frondes.
S tat ſua cuiq; dies regno, dimenſaq; meta,
Q uam proferre vetant vltrà cœleſtia fata.
N ec verò plantis omnis viret omnibus hortus,
S æpè caper morſu tetigit, liquitq; venenum
D entis, & adflatu infecit virgulta nocenti:
Sæpe lues cariem induxit, ramoſq; peredit,
E t liquor arbuſtis, & vis ſubducitur herbis.
Tandem Vindelicis tranſlata in montibus arbor,
A lſatiæq; iugis, Habsburgæ ad ſtemmata gentis
C ontulit imperium, regniq; adiecit habenas.
I pſa ſed Auſtriadum ad terram, ſaltuſq; Bohemos
E xtendit ramos, & ibi iam tempore longo
M ulta hominum voluens durando ſæcula vicit,
E t genus acre virûm, pulcros velut arbore fructus
E xtulit, Albertos geminos, primumq; Rudolphum,
E t qui cum pulcro Friderico tertius hæres
N ominis eiuſdem, de germine venit eodem.
M aximus hinc oriens genus Æmilianus habebat,
I nſignem virtute ducem quem protulit arbor:
D um Carolus noſtrum fato dilatus in æuum
A rboris inſtar habens magnæ, complexibus ambit
T erramq;, tractuſq; maris, lapſaſq; recepit
M arte facultates quas primitus arbor habebat
D um fortuna fuit læta, & ſucceſſus honorum.
V erùm hæc è terris cœlo caput extulit arbor
M arte, togaq; potens, qua non præſtantior vlla

P ace fouere viros, & vim depellere ferro,
T ot ſpolijs grauida, & belli virtute ſuperba.
H anc æui ſub fine Deus per Teutonis oram
O mnibus ornatam voluit præcellere donis,
D um linguæ ſtudia è tenebris produxit in auras,
A tq; rudimentum Fidei caligine denſa
E xtulit in lucem, cultuſq; reuellit inanes.
H uic RVTÆ germen verno quod ſemper honore
E micat, & viridi fruticem velatur amictu,
S ubmiſit pronos vicino in limite flores,
E xeruitq; comam ſub ramis arboris huius.
E rgo etiam æternos ſeruabit Ruta virores,
A rboris auguſtæ dum ſtirpem amplexa fouebit.
Poſtquã autẽ iam victa æuo, & defeſſa ferendo
N on valet exhauſtos Arbor reuocare vigores:
T um Deus, ingenuaq; potens Germania ſtirpe
D efectu humoris tabentem, & penè notantem
F atalem è fundo caſum: tellure refecit
F œcunda, & pingui radices obruit aruo.
N amq; illam Auſtriaci tranſlatam in iugera fundi
S eptem Electores germana in gente creati
S ublimi poſuêre loco, regniq; coronam
C um ſceptro imponunt, mandantq; inſignia ſoli,
S uccedat regnis, Germanaq; frena capeſſat:
Q uamuis flexibiles hederæ circum arboris oram
N exibus implicuêre comas, & miſcuit herbas
T actibus inuiſas vrticæ ignobile gramen.

Ingre-

I ngredere ô Fernande lubens, ô cuius & annis
E t generi indulget fatum, & ſententia concors
I mperio poſcit ſtabili cum numine diuûm,
N ulli fas Italo Germanam ſubdere gentem.
S alue Arbor frondoſa, tuos vitæ Arbor honores
Æ ternùm tegat, & ſtabilem venerata vigorem
A nnuat, augurio Daniel ſi vera canebat.
S tabit enim, trudetq́; comas, & brachia tendet
A d finem victura arbor, cùm nubis opacæ
T erga premet Chriſtus, fundoq́; metallica membra
F atalis ſtatuæ vertet, plantaſq́; rigentes
P ulueris in faciem rediget, vibransq́; tridentem
I mperijs dabit ipſe modum: tunc nulla poteſtas
E xcipiet gentes, & frenis colla tenebit.
A urea ſed paßim verſa vice ſecula current,
Q ualia ſub læto Paradiſi viximus horto.
O ptime Rex regum cuius ſub numine dextro
A nte alias volucres poſita eſt Regina volucrum:
O cuius plantata manu, imperijſq́; benignis
A uſtriaco digeſta ſolo ſtat nobilis Arbor:
D eformes prohibe hinc fatali ex arbore peſtes,
E t rabidos auerte lupos, ne deniq́; dura
I mperia exercens vaſtator acynace Turca
S ternat humi incuſſam, atq́; alius radicitus illam
O bnixè euulſam vertat, cuneiſq́; coactis
F indat, ab inflicta ſpirans immane ſecuri.
A h modò ne ſteriles ficus quas Vmbria profert.

Vmbriaq́ ipſa mihi ne ſubtrahat arboris vmbram:
Nos illam amplexi genua hæc ſubmittimus ipſi,
Hanc colimus, promtiq́ ſua nos lege tenemus.
Nam mihi ſi centum linguæ ſint, oraq́ centum,
Non poſſem numeros meritorum æquare canendo,
Hic quibus affecti iucunda pace potimur.
Sed quoniam lætas Arbor prouenit ad auras
Iuſſa virere ſolo, & fortes protendere ramos,
Vt ſub ea pecudes vmbras & frigora captent,
Et mundis auibus ſedem virgulta miniſtrent:
Te votis petimus bifrons Regina volucrum,
Formicis faueas, quarum labor improbus antris
Fert micas æris fului, argentiq́ metalla.
Hæc curſu non ſaxa cauant ingentia tantum,
Sed totos fodiunt terræ ſub viſcere montes,
Et diuerſa ferunt ſpecie variante metalla
Delitias Regum, quales tribus Aſer habebat
Quando Sareptanæ gignebant æra fodinæ.
Ergo & cultores æris; venæq́ peritos
Quos Salomon caros habuit: Rex ille Philippus
In precio tenuit: quorum fœcunda metallis
Antra iugis Ophyræ (quam nunc vocat incola Peru)
Impenſis coluit tuus ille auus optime Cæſar,
Tutelæ commendo tuæ, tu fortibus alis
Obtege, prædantum ne gens infida volucrum
Res rapere, & duro partas diſcrimine micas
Per terræ anfractus, prædando auertere tentet,

A ut trahere, atq; moram iuſtis queat addere ceptis.
E xin conſcriptos patres, fidumq; Senatum
O rdinis autorem pulcri, iuſtiq; tenacem
O cculta ſub voce Gruum, committimus alis
A lituum Regina tuis, nam lege magiſtra
H i genus incultum, ac diſperſum montibus altis
I nſtituunt, curamq; gerunt vt moribus aptis
D iſciplina regat patulam cum ciuibus vrbem
C uſtodes rerum, dum per caua viſcera terræ
F ormicæ indulgent noctuq; dieq; labori.
Hæc quoq; cura Gruum eſt, vt cum pietate iuuentus
L inguarum in ſtudijs caſtæ terat ocia vitæ:
Q ualis apes in vere nouo per florida rura
E xercet ſub ſole labor, cum roſcida lambunt
S eu thyma, ſeu flauo diſtendunt nectare cellas.
H oc examen apum niuei quod in ore Leonis
M ella pio gaudet ſemper ſtipare ſuſurro,
A c habiles fœtus ſubeunda ad munia rerum
E ducat alucolis: placido tutare fauore,
S tridula ne caſtis ſubeant aluearibus Oeſtra,
A ut mellis ſtudium rumpat deformis aſylus.
Namq; vt apes cœli regem pauêre ſub antro
D ictæo: regemq; ſuum venerantur, & omnes
E x illo pendent annixæ, & iuſſa ſequuntur:
S ic vbi iam matura illis acceſſerit ætas,
F ida miniſteria, ac addictos mille labores

P roſtituent Fernande tibi, ſtirpiq́; futuræ
Q uæ genus Auſtriaco ductum de ſanguine habebit.
Q uod ſupereſt, Aquilæ imbelles ſine felle colūbas
C ommendare iuuat, velit harum inuiſere curam
Q uæ pacis ramos docili ſub gutture portant,
E t famam de pace ferunt, quam Virgine natus
S anguine firmauit iungens hominemq́; Deumq́;.
I pſæ inſtant monitis vt vulgus honore ſequatur
I ura, Magiſtratuſq́; colat, ſanctumq́; ſenatum.
O auium Regina biceps, tu ſancta columbis
S uffice tutelam, volucreſq́; auerte rapaces,
I mmemores ſobolis coruos, matremq́; necantem
I ngratum cuculum, paruoſq́; in viſcera fratres
M ergentem, & proprios quæ polluit Vpupa nidos:
S ic laudes, ſic regna Aquilæ ſine fine manebunt.
Q uin etiam pulcra reſidens ſuper Arbore regni
A rguto Philomela ſono ſua guttura ſoluet,
E t ſecum exutam Caſſitam caſſide belli
I nſtruet in laudes Heroum, & facta deorum.
H is addet ſocium liquido ſe carmine Cygnus
C andenti penna qui lucem his montibus hauſit
C olla tua lauro, nec non Saxonide ruta
V incta gerens, Muſæ donatum inſigne ſonanti.
H inc alij Vates quibus hæc ſcola gaudet alumnis,
N omen habens corui Vatem qui pauit Heliam,
E t ramoſa gerens viuacis cornua cerui,

Quorum

Quorum Penæa donaſti tempora lauro.
Sic artes extundit honos, ornataq; virtus
Creſcit, & ad ſimiles artes vocat ora tuentum;
Semper enim laudeſq; tuæ, nomenq; virebunt,
Si mundarum auium recta celebrabere voce.
Hæc in honore tuo cecinit Scola ſubdita Vallis
Ferdinande Pater patriæ, cui tradita nuper
Romani Imperij cecidit cuſtodia ſorte.
Dij tibi ſint faciles igitur, Regnoq; ſalutem
Sufficiant, vireſq; addant ingentibus auſis:
Et gentem immanem quæ te de culmine regni
Præcipitem aggeſta conatur vertere mole,
Fulminis afflatu tactam ſub tartara mergant:
Quale tibi augurium mittunt ſpectacula Pragæ,
Dum fictos letho ſternunt ficta arma Gigantes.

P 4 Bellum

BELLVM SEMINIS ET SERPENTIS.

S I quis opus magni miratus es hactenus orbis,
Q uod verbo pater omnipotẽs quo cũcta creauit
E didit, & certa res in ſtatione locauit:
I re polum, conſtare ſolum, quod ſpumeus ambit
N ereus, & terram longè ſupereminet ipſam:
E t pendere, nec in terram ruere impete nubes,
Q uæ ſupra caput æthereis voluuntur in oris,
E t ſolem facere, & rapere incrementa dierum,
D um biſſena rotis luſtrat ſimulacra ferarum,
H umentemq́ globum Lunæ dare lumina nocti,
E t calido alternis vicibus ſuccedere fratri
V t calor ac humor res procreet: Hoc ſimul ipſe
M aius opus, maius rebus mirare creatis,
Q uod patris æterni natus perfecit, vbi ægros
V ictima mortales de morte redemit & Orco:
M irare, & Chriſto voti reus aſſere laudem.
N am poſtquàm mundi propter commiſſa luebat
S upplicium, & mortem voluit pro lege paciſci:
D epoſitus ſaxo redijt ſub luminis oras
A urora in roſeis fulſit dum tertia bigis,
V nica qualis auis de puluere ſurgit in auras.
V iderunt ſocij diuum nota ora ferentem:
E t iuuenes corpus velati præpete penna
P anxerunt reduci præconia grata magiſtro:

Et

E t genitrix nati celebrauit læta triumphum,
V rgineum Semen ſpolijs Acherontis onuſtum
V eniſſe in lucem Serpente in vincla ſubacto.
N am pater vt manuũ vidit monumenta ſuarũ
V ipereo (infandùm) cecidiſſe euerſa veneno:
S erpenti indixit cum Semine bella gerenda,
N on bella exacto quæ Titan exigat anno,
S ed quibus imponat finem vix terminus æui,
C um ſuaſore mali quando trudetur in ignes
C onſcia gens, ſonteſq; exoluet corpore pœnas.
N ec fas ſpontè ſua ſoluebant labis amore,
C orda tumens faſtu velut impius excidit anguis:
S ed mulier ſtygia deluſa cadebat ab arte.
H anc magno ſuperûm cum vidit amore teneri
T rux coluber, ſtimulos odij tum incuſſit, vt illam
D iuellens ab amore Dei cœleſtibus aruis
E iectam excipiat tandem ſub flammea regna.
T um vafer obiecit diuûm faſtidia noſtri,
N eu putet eſſe nefas fœtus ex arbore morſu
F rangere, quæ media eſt fœlici interſita luco,
N am regno infidos cauiſſe, paremq; timere,
Quandoquidem hic morſus ſimiles dijs redderet ipſis.
C ontinuò morſum mors eſt æterna ſecuta,
N on authore Deo in lucem producta, ſed atro
S emine Serpentis Culpa genitrice creata.
A t Serpens peperit Sardoo ſibila riſu
I lludens captis ſquamæ fulgore coruſcæ:

C ui Deus, exitio rides peruerſe reperto,
N ec venit in mentem quàm ſit tibi res malè geſta?
Q uòd ſi tàm diras mulieri nectere fraudes
N on animo ſediſſet, & expers ipſe maneres
E xcidij, & tecum forſan tua regna manerent.
N unc ideò humanas Semen mulieris in auras
I bit, vt æterno victrix te proterat ictu:
C uius ab oblato tranſuerſo in ſtirpe cruore
F lamma Dei primæ ſcelere irritata parentis
V icta cadet, dirumq́ nefas impunè lituram
S entiet, atq́ gulæ mors abſumetur hiatu.
E t tum iuſticiæ decus irreparabile lapſæ
R eſtituetur, & excuſſos in priſtina reddet
M ortales dux ille hominum, ſedemq́ refiget
C œlicolum, atq́ vltrò credentibus offeret aſtra.
I n damno ſic fœnus erit, quia pulcrior hortus
S urget ei, quem morte ſtruet, quē ſanguine tinget,
I pſe vbi vitalis ſua brachia proferat arbos.
S ic ait, ac hoſtis tentoria fixit vterq́,
P ellitur è medio pax mutua, vi geritur res,
E t ſibi mille armis, & mille receptibus anguis
M ille opifex artis proſpexit, fortè boues ceu
S iue agnum amiſit pauper cùm villicus, omne
P ertentat nemus, & veſtigia quærit, an illum
A ut herba captum viridi, aut armenta ſecutum
L uminibus prendat, ſimul omnem indagine ſaltum
C laudit, mille lupo raptori ſtuppea tendens

V incula,

V incula, mille tegens hoſtis quibus incidat vrnas.
I nterea Serpens trepidanti in corde putabat
I am prope adeſſe diem pugnæ, qua maximus vltor
M anibus auxilio greſſus intendat ad Orcum,
F lammanteſq; Erebi tractus euertat: ibi omnes
I n partes animum verſabat callidus anguis,
S i potis obniti, peſtemq; auertere regno:
A tq; ideò hæc illum necquicquam cura fatigat
I ntentare necem ſi tempora grata fauerent,
D emens qui contra ſtimulum ſe obtendere calce
N on animum induxit, nec quòd demiſſus Olympo
P ropterea ad tempus, fieri quò victima poſſet,
D ius homo vires, maieſtatemq; coruſcam
O cculuit, mortem propria dum morte voraret.
E rgo dedit regni ſocijs tuba nuncia ſignum,
C onciliumq; vocat noctis pater, atq; Erebi rex.
I lli agmen celebrant, vt cuiq; eſt copia, promti
S eu verſare dolos, ſeu rem decernere ferro.
C ircus erat quo ſe medium tulit arbiter Orci
C onſeſſu, & tumuli ſic fecit ab aggere verba.
O ſocij, res arcta iubet me rumpere vocem,
V enit ſumma dies Erebo, fuit Orcus, & ingens
G loria Serpentis, promiſſum Semen Abrahæ
I mminet exitio, quòd ſi non tela paramus,
S tyx ruit, & mortem abſorbet victoria Chriſti,
I pſe teror, Deus hoc qui non facit irrita verba
A ugurium Eoa in ſylua mihi triſte canebat.

S ed nec cauſa moram patitur, nunc pectore firmo,
A c armis opus eſt, nunc veſtras promite vires
O paſſi grauiora duces, quos fulmine mecum
R ex ſuperûm cœlò quondam deiecit ad vmbras.
N ec latet id quenquam quantis ſit ſemper vtrinq;
D ecertatum odijs, idem bella, altera bella
M olitur, nec erit modus vllus, donec Auerni
S edibus eijciat nigrum genus, æraq; valuis
E xcutiat, moueatq; loco cum cardine poſtes.
N am Gaſæ rapiens Simſon de ſtipite valuas,
A tq; duces in humum ſternens cum turribus altis,
T riſte per augurium iam tunc mea pectora duxit,
D um vereor regnis cladem prædicere noſtris.
I d propter ſupera pater illum miſit ab arce
V t Serpentis opus magna conuellat opum ui,
E t faciet, niſi nos armis obtendimus olli.
Q uid tremitis? nunc nō primū hunc exerceo Martē,
Q uamuis me toties poſſent terrere repulſæ,
A rguit infractum quoties iactura meorum
A rmorum, & quoties amiſi Martis honores:
N on tamen abſiſtam, donec victricibus armis
I ncautum ſuperem, quando mortalia membra
A ſſumens loca ſola petit, loca conſita ſaxis,
N on almæ Cereris, loca non fœcunda liquoris.
A ut cum ſe ſomno ſternet ſuper æquore vaſto
Cum ſocijs, tenuem fluctu iactante phaſelum
I ntendam cladem, & pelagi dorſum omne ciebo.

Sed

S ed vos ſi melior ſedeat ſententia menti
P andite, ſiue dolos, ſeu vim tendamus inermi?
D ixit, & infernis Alecto exciuit ab antris,
C ui furor, inſidiæq́, & noxia crimina cordi,
S ed tunc Suadelæ in ſpeciem ſua tranſtulit ora,
Q uam rex his acuit dictis: ſata nocte virago
H unc mihi da proprium, ſiquidem potes ipſa, laborē,
N e mea fama loco nunc tot defenſa ruinis
C oncidat, & ne veſter honos rapiatur in auras,
N am tua res agitur quando mea cauſſa laborat.
G ens inimica mihi ſuprà caput imminet, omni
C onatu incumbens, vt me, mea regna, meoſq́
C onſortes pedibus premat, & captiua ſub auras
V incla Erebi vehat, Orcum ad ſydera portans.
S ed tu diua potes rebus ſuccurrere fluxis,
N omina mille tibi, formæ tibi mille nocendi,
C oncute fœcundum pectus, fœduſq́ reſolue
Q uod ſocij pepigère, & fidas diſtrahe mentes.
T u potes & reſides accingi in tela lacertos,
E t verſare domos odijs, & verbera, & atram
I ntrò ferre facem, & gemitu tectum omne ciere.
H is vbi ſubdiderat ſtimulos, Dea promta venenis
P rincipiò Petrum cui multa in pectore virtus
S urgebat, laudumq́ arrecta cupido trahebat,
A ntè alios petit, & furijs accendere iniquis
N ititur in regem, ſi fraude euertere poſſet
V t famæ cupidus fas rumpat, & omne reſoluat

Ius fidei aſtrictum, quid enim tot dotibus ipſe
Pollens, alterius ſub nutu tranſigat æuum?
At tantùm dictis mouit præcordia Petri,
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia petra.
Quid? non illa hominis tanto cor molliat aſtu,
Si frangi hircino memorant adamanta cruore?
Sed certè mentem iuuenis vertiſſet in oras
Ambiguas, veluti per laxa foramina cribri
Triticeæ meſſis vibrantur grana, volantes
Sparguntur paleæ, fundo ſtat ſemen in imo:
Ni ſatus ipſe Deo ſerpente potentior atro
Sedula pro ſocij feciſſet vota ſalute.
Cum ſecum Alecto flammato in corde volutat,
Mente adeò incepto victam deſiſtere, méne
Non poſſe à Chriſto ſociorum auertere quenquam?
Hactenus, & fuſcis dea callida tollitur alis,
Et Iudæ in vultus conuertit luminis orbem,
Plurimus infidum quem coxerat ardor habendi,
Solamenq́; mali de collo pera pependit:
Id meditans, nullo ſe lumine prenſa ſub ægrum
Cor Iudæ inſinuat, ſpargitq́; ſub oſſa furorem,
Et ſceleris precium ſiſtit, quò fallat amorem
Spemq́; ducis, quoniam dictis experta videbat
Spe lucri Iudam non contrà ſtare furentem:
Quem nuſquam amittens iam corda inuerſa tenentem
Diua furens ſortem pepigit, quòd nocte ſilenti
Improuiſa phalanx cingat iuga Pallade fœta:

Att

Aſt ille excubias fallens iter hoſtibus æquum
P andat, & obijciat regem venientibus vltrò
P erfidus, & ſcelere hoc promiſſa ad præmia tendat.
I am cum viſa ſatis primos acuiſſe furores,
A tq; malum virus lapſum eſt in pectora Iudæ,
V irgo mouens alas nocti ſe immiſcuit atræ.
I amq; è compoſito ductor fas rupit Iudas,
R ebus & eripuit nox omnibus atra colorem,
A tq; in procinctu diſpoſtis ritè maniplis
S tabant, & belli ductores prima tenebant
C ornua, poſt tergum ſqualentia monſtra ſequuntur,
I ncurſumq; parant Galilæo tendere regi,
E t fraude inuiſum Serpenti abſumere Semen
N on expectato preſſum Mauorte per vmbras
P rendere ne fidos poſſet qua parte receptus,
V ſq; adeò obnixi non cedere, cum pius Heros
I llos verſa fugæ verbo dare terga ſubegit,
A c in humum fudit veluti Iouis ignibus ictos.
I lle dolos etenim (quis numina fallere poſſet)
P erſenſit, motuſq; excepit mente latentes.
E rgo vt compoſitam ſerpentis falleret artem,
O mnipotens Verbum latuit ſub mente, nec vllas
E xeruit vires, vt inermis viſus, & expers
R oboris, allectum Serpentem impelleret vltrò
M oliri incurſus, quando iam tuta videret
O mnia, & audenti nihil impendêre ruinæ.
N am ſtirpem mortis dominam ſtirps debita morti

Occuluit,

O cculuit, poſtquam pura de virgine fœtus
C hriſtus ijt chorio ſimilis, quo cinctus in aluo
D elituit fragili velatus tegmine carnis.
M ox trabe tranſuerſa fixus quò crimina mundi
V ictima penſaret, verè ceu liuida tabo
F aſcia compareat maſſam lacerata cruentam.
Q ualis & inſidias qui tendit piſcibus hamo
A lliciens, vnco, vermem ſuper induit æri,
Q ua viſa inuadunt prædam velut agmine facto
S quamea monſtra ſalis, rictuq́; imitante barathrum
C omprendunt, preſſo gaudentq́; abſumere morſu,
A ctutum & fixa occulto capiuntur ab ære:
S ic ſatus ille Deo per quem ſata machina mundi eſt,
Æ theream ſtirpem carnis velauit amictu,
O cculuitq́; parum vires, ſuaq́; abdidit arma,
V t miſera ſpecie pellectum falleret anguem,
Q ui fidens animi iam nil obſtare pericli
A udenti putat, & demto parat arma timore
O re inhians, prædæq́; adhibet ſub fauce molares,
E t mors horribili laceratum vulnere ſorbet:
C eu teritur vermis niueas quæ ſanguine lanas
I nficit, & roſeos effundit fixa liquores.
S ed dum ponebant rumores ante ſalutem,
E t vix inflato capiebant corde ſuas ſpes,
I ncluſumq́; cauo Regem ſub pumicis antro
S eruabant, veluti Ionam fera ſquamea ponti
S orbuit, & ſuperis reiectum reddidit auris:

Tum

T um vindex ſtygias conceſſit Semen ad oras
S olis inacceſſas radijs, vbi cæca ſilentes
R egna tenent vmbræ, viuis non peruia regna.
I llic ſtant ſolido vectes adamante parati,
Q uos neq; Vulcani ſtridens euicerit ira,
N ec globus emiſſus ſimulante tonitrua canna.
H uc ſimul appulerat Dominus iam luce coruſca
P erfuſus, iam quod robur paulò abdidit antè
I n lucem exeruit, bello inſuperabile robur:
I ntremuêre cauæ, gemitumq; dedêre latebræ,
E t poſtes ferro nexi, & compagibus arctis
C onuulſi cecidêre ſolo, ſaltuſq; dedêre.
Fit fragor, irrumpit latebris, fugit improbus Anguis
D egener ipſe ſuis cùm iam diffideret armis,
C uius anhela premens rapido veſtigia paſſu
A rreptum cauea traxit, pedibuſq; ſubegit,
V t grex alipedum ceruorum ducere flatu
E latebris ſueuit ſerpentia ſecla ferarum.
T um verò exoritur fremitus, ſtridorq; colubri
M ordentis plantas, & fata extrema minantis,
Q uem pede proſubigens flammas ex ore vomentem
S ulphureas, & ſæua intus ſuper arma ſedentem,
C entum poſt tergum nodis ſtringebat ahenis,
E t malè multato ſpolium detraxit, & arma
E ripuit virtute prior, riuoſq; cruoris
O re eiectantem fulua protendit arena:
L ucida terribili velut exuit arma Tyranno

I eßides funda, citharaq́, peritus eburna.
A c vt Abram paruis inſtructus viribus hoſtes
O bruit, & fratrem ſocia cum gente reduxit:
S ic Erebo incluſos manes euexit ad auras,
A tq́, minas fati, ſtrepituſq́, Acherontis auaros
V i potior pedibus ſubiecit, & horrida preßit
R egna Erebi ditione ſua, captiuaq́, nexis
T orquibus incluſit Lethæi carceris antra.
I lle ſcelus mundi demerſum ſanguine fuſo
D iluit, & flammas Erebi ſedauit, & iram
E xtinxit patris, & legis maledicta ſeueræ
T ranſtulit in ſeſe: quin & ſententia damnans
Q uam lex inſcripſit paſſa eſt in corde lituram.
V os autem huc ægri mortales flectite vultus,
C ernite vt infami pendet trabe litera legis
C onſcia depoſiti: transfixa, atq́, irrita pendet.
N am precium reprobus quod pendere debuit orbis,
I ntegra iam Chriſti probitas & pœna rependit.
V os ergo hunc animis aſſenſum inducite veſtris,
R egnatorem orbis rerumq́, hominumq́, potentem
I ndignos magnum nati nos propter amorem
S uſcipere, & dignos regni cenſere ſuperni.
I ußit amor noſtri Chriſtum parere paternis
I mperijs, alti deponere lucida cœli
F rena parum, fragilem de virgine ſumere maſſam,
I nfernas penetrare domos, feruentia ſtagna
C ocyti ſuperare, pedes imponere diro

Serpenti,

Serpenti, letum rictu demergere, opaci
Clauſtra Erebi ex imo ſubuertere diruta fundo.
Ergo altè inuectus curru de more triumphi
Victorem ingenti ſeſe clamore ferebat,
Hoſteſq́, & factas memorabat in ordine pugnas,
Vt primùm ipſe pater quo non erat acrior alter
Obtendens natum contrà res egit, & iræ
Ardentes radios in carum vertit alumnum.
Nam cùm noſtra lues regem commouit Olympi
Acri vindictæ percuſſum pectora thyrſo:
Extemplò prognata Deo Charis eijcit aſtris,
Prolis & affatu nos dedignatur amico,
Et lethi arbitrio cunctos ſupponit in annos.
Sed ſua dum Chriſtus labem ſub terga recepit,
Hic ſimul à nobis in ſe patris abſtulit iram,
Quapropter ſcelerum pœnas haurire neceſſe eſt:
Vt iuſtus Deus eſt, ita crimina punit, & odit.
Parte ſed aduerſa longã MORS cõcutit haſtã,
Qua parat æterni nos figere vulnere lethi.
Mors etenim dira peccati cuſpide vulnus
Conſerit, & prædis onerat deformibus Orcum.
Nam ſi mortales ſine crimine pectus haberent,
Mors quoq́ inermis erit, nec quo nos figat habebit.
Vtq́ nitens ferri corpus quod ceſſat ab armis
Arripuit ſitus, & durum conſumſit acumen:
Non aliter ſcelerata lues ab origine prima
Diſperſa humanam in ſeriem mortalia membra

D euorat, & vitijs radicem ſufficit ipſis.
E rgo omnes valido mors ſternit acuminis ictu,
E t natos natorum, & qui numerantur ab illis.
I pſa caſas æquo pede pulſat, & atria celſa,
N ec quenquam metuit, nec quis ſit quærere ſueuit,
Q uàm diues venis argenti, & meſsis abundans:
N ec genus, & formam, nec mentis acumina curat,
N unc hos, nunc illos lethali vulnere ad vmbras,
P allentes vmbras mittit, noctemq; profundam.
L E X etiam nobis vires opponit, & inſtat
C enſuræ monitis, fragili non cortice fagi,
S ed noſtris animis ſignis impreſſa ſeueris.
Hæc vltrà ſortem nunc hæc, nunc exigit illa
F œnora, nec ſeruare modum, nec tempora nouit,
N ec vulgum famæ teſtem, nihil illa moratur
E xternos habitus, ſed cordis ad intima tecta
T ranſit, & abſconſas ſedes ſine ſorde requirit.
S ed quia iuſticiæ nobis eſt curta ſupellex,
N ec ſatis externæ laudem probitatis habemus:
N eſcit homo vt debet dignum conferre tributum.
I dcircò exacuit penetrabile Mortis acumen,
P er latus vt fixum deſcendat in ilia ferrum,
A c animam obliquo diſſectam tranſeat ictu,
A tq; indignantem magno cum murmure cordis
A d ſtyga deijciat iugi feruore cremandam,
S aulis in exemplum, cuius delicta ſub imo
P ectore lex aperit, ſtimuloq; exuſcitat acri

Antè

Antè vbi ſecuram traxère ſepulta quietem.
At tum vulnus habet venis, ſpeq́; excidit omni,
Et lucem inuiſam telis abrumpit adactis
Cum diræ vltrices pectus vibice flagellant.
Adde quòd abſorbens mundum Styx vaſta barathro,
Et princeps Erebi dira cum gente ſororum,
Quæq́; tot aſſiduis Caro nos ad prælia luctis
Concitat, atq́; animam varijs inſultibus vrget,
Obtendunt nobis, atq́; icto fœdere bellum
Suſcipiunt hominum contrà genus, & iuga collis
Inijciunt, & crura tenaci compede ſtringunt:
Vmbrarumq́; pater mortalia ſecla ſub Orco
Æternis premit arbitrijs, & morte perenni.
Non tulit hoc Chriſtus Sponſam à Serpēte teneri
Incluſam vinclis magno quam diligit igne.
Tergemino ſed enim decreuit vt antè Senatu
Cum nec adhuc fundo mundus ſtetit æditus vllo,
Concipit ingentes animis, & perficit auſus,
Hoſtibus occurſum molitur, & ardua figit
Caſtra ſolo, ferrumq́; tenet, pugnamq́; laceſſit.
Haud alia ratione, niſi cum noxius Adam
Mortis in arbitrium venit, ne intercidat omnis
Spes noſtri generis, tum decernente ſenatu
Cælicolum, patris ante pedes ſe ſtrauit, & omnem
Filius in ſeſe iuſſit deponere culpam:
En adſum qui ſoluo, in me conuerte furorem,
Vnus ego reddam totus quod debuit orbis.

P roq; hominum fundam redimenda ſtirpe cruorem,
Q uod precium ſuperet totius crimina mundi.
D ixit & humanos artus aſſumſit, & inſons
O mne onus in ſeſe noſtra vice tranſtulit vltrò.
N anq; vt læſa modis reparetur gratia dignis,
D ignum erat vt ſtirpem geminã mediator haberet,
E t quæ perſonam coeat ſociata ſub vnam.
H umanam: quòd ſorte hominum qui triſte fuiſſent
S upplicium meriti, commiſſa errata rependat.
E xin ætherea Meſſiham ſtirpe vigere
P ar erat, vt precium fuſo quòd ſanguine ſoluit
V inceret omne nefas mundi, patriumq; furorem,
N eue graui forſan poſſet ſuccumbere mole,
D um ſcelus, & diras legis, rabiemq; Tonantis
C ogitur ingenti patiens ſufferre labore,
Q uale opus haud vllo valuiſſet condere niſu
S i modò mortali traxiſſet origine ſexum.
N on ille amiſſas in priſtina reddere gazas,
N ec capite attrito ſerpentis per loca Auerni
P onere ſub pedibus lethum potuiſſet & Orcum,
Q uantum nemo hominum cretus de ſtirpe caduca,
N ec quiſquàm cœli ſubeat de gente laborem.
E rgo adit, & patrio vires cum numine primùm
C onſerit: in natum pater omnia crimina iecit,
E t rabidos iræ fluctus effudit, & illum
D euotum diris faſtidia ferre coegit
T riſtia, cui patrios non multò detulit antè

Affectus,

A ffectus, ſolum carum quem voce vocabat,
S olum fœlicem cæli quem in ſceptra reponat,
C uius ſermones auidè gens hauriat omnis.
N unc nati extorſit guttas è pelle cruentas
I ra Dei, ceu flore roſæ ſuper addita pruna
E licet humorem ſedat qui pectoris æſtum.
P enè etiam exhauſtis ad terram viribus æger
C orruit, affatu niſi cœlicus alleuet ales.
I am ſcio quid ſcelus eſt, quidq́; in ſcelus ira Tonantis,
I ra vomens ignes, inuoluensq́; omnia letho.
A ſt illam horribili ſpirantem murmure flammas
C ompreſſit tandem, & longo in certamine vicit,
D um morem gerit, & placido fert pectore mortem.
N ec mora nec requies, alius ſubit hoſtis in arma,
E t crudos aperit ſorbente voragine rictus
O re petens vitæ ductorem, munere cuius
O mne animans cœli iucunda veſcitur aura.
S ed non in cinerem liquefacta reſoluere membra,
N ec fœlicem animam potuit ſub nocte morari:
N am vitæ dominus Mortis truncauit acumen,
D emiſitq́; gulæ monſtrum quod labra cruore
S ordida dimouit, morſuq́; intendit amaro.
S ed non ſorte data ſolum ſe lucis in auras
M ouit humo Chriſtus, ſolus quòd lumina ſolis
A ſpiciat, ſolus ſine morte quòd exigat æuum,
V t mors atra ſuos velut antè exerceat ictus
P ulueris in fragilem maſſam, & nos deſtinet Orco:

Non ita, ſed nullos abſumere morſibus vltrà
Ius habet, & gelida quenquam compage tenere
Qui Chriſti impleuit partes aſſenſibus vnquam.
Nonne vides multos quòd ſecum è puluere terræ
Virgineum Semen lucis reuocauit ad oras
Morte obita quorum ſeruabant viſcera tumbæ?
Cum probitas Chriſti compleuerit integra legem,
Hauſerit & pœnas quas lex neglecta popoſcit,
Inq; nefas iram patris placarit acerbam:
Mors etiam iacet ægra, nec vllas promere vires
Vlterius nouit, quando fiducia teli
In ventos abit, & viduam vix exhibet ornum.
Nec quenquam trepido demittere ſuſtinet Orco
Agminis è numero Chriſti quod ſigna ſecutum eſt,
Nec valet vlterius, nec tendere atrocius ictum,
Ni feriat telis obnoxia viſcera labi,
Et fœdum in cinerem ſoluat, mergatq; ſepulcro,
Ex his vt pulcra naſcatur origine corpus
Labe carens, letbiq; expers quod ſurgat in auras
Luminis, æternæ carpenda ad gaudia vitæ.
Nam dum collatis obnoxi viribus ambo
Indulgent luctis, & humi deſtructa ruit Mors,
Omnis ſub ventos abijt dilapſus amaror,
Et Mors in Somnum mutata repentè receſſit.
At qui neglecto ruit in fera crimina Chriſto,
Nec melior monitis culpæ ſuper addere culpam
Pergit, & horribilem diuûm in ſe prouocat iram:

Hic

Hic cadit æterno percuſſus vulnere lethi,
Et mors æterno conſpergit frigore membra.
Vix datus eſt pugnæ tenuis modus, illico Chriſto
Inſurgit nouus hoſtis; & omni robore vires
Opponit, iuſtoq́ minax innititur enſi.
E collo tabulæ duro ex adamante paratæ
Pendent, atq́ ignem ſpirantia lætifer ora
Fumus obit, fulgurq́ ſonans terram igne coruſco
Permiſcet, nec quiſquam acies obtendere contrà
Suſtinet, atq́ illum quà fert ſua planta tremit mons.
Namq́ hominum vitæ cenſor, diuûmq́ voluntas
Cœlicolis fertur longè quem cernimus hoſtem.
Ille reos poſtquam neglecta lege peregit,
Atq́ è concilio ſuperûm reiecit ad Orcum
In lucem fuſi quotquot noſtrûm hauſimus auras:
Continuò Chriſtus de quo ceu fonte perenni
Munere iuſticiæ ſiccus perfunditur orbis,
Tranſtulit à nobis legis crudelia vota
Morte pians noſtros inſons velut agna reatus.
Ille notas legis noſtra in præcordia fixas
E medio dedit, & noſtra vice debita ſoluit,
Sanguineo & cæcas ſparſit cum rore lituras
Ora premens Legis cenſum ſine fine petentis,
Quando è ſeruitio legis iam colla tenemus
Libera, & exceptos miti nos Gratia regno
Confouet, & diuûm dulces aſpirat amores.
Aſpice, tranſuerſis nunc pendet ſtipitibus lex,

I amq́; lues abluta, furor compreſſus, hianti
M ors abſumta gula, Serpens attritus, & vltra
I n iuſtos nil iuris habet, iam deſinit Orci
O mnis in humanam compreſſa licentia maſſam.
Q uapropter Sathanæ cũ verſa potentia fundo eſt:
T um ſpolia, & nexus ferri è compage ſolutos
V ictor ouans ſecum ſuperas auexit ad oras,
A c lætam inſtituit proſtrato ex agmine pompam
A rduus, aligera circum ſtipante caterua.
P rincipiò vehitur curru Saluator amœno
C ompoſitus ſede in media, ceu victor ouabat
D ux Ioſuas miſſis olim tot regibus Orco.
A ntè rotas præco gratanti voce canorus
T erga premit velocis equi, & præſaga triumphi
P erſonat arguto ſpirans oracula cornu:
V irgineum Semen colliſit calce Draconem,
B ella tenent finem, pacem nunc ducimus omnes.
M ox in proceſſu vinclis incluſa vehuntur
A gmina tartareæ ſtirpis, trux anguis, & hoſtis
E xanguis, crimenq́; gerens pro crine colubros,
E t Diræ ſcelerum comites, tripliceſq́; ſorores
L anea ducentes prægnanti ſtamina fuſo.
I llic haſta iacet Mortis ſine acumine, & illic
C um pharetra iacet arcus, & illic pallida rictus
M ors iacet, & celſæ pendens in robore palmæ
L ex iacet, & nullam poſcit cum fœnore ſortem
A mplius, & nullum ſiſtit ſub iudicis ora.

Illic porta Erebi centum firmata columnis
Mota loco eſt, currumq́ premit non integra moles.
Et tunc gens hominum ſuſpenſo præuia greſſu
Soluebat faciles vocum ad diſcrimina linguas.
Flammea quin etiam reſponſant agmina cœli,
Et pinnis plauſum faciunt, dominumq́ ſalutant.
Quòd ſi conuerſo peccati è ſordibus vno
Ex hominũ numero, gaudet chorus omnis Olympi:
Quantos lætitia plauſus fudiſſe putandum eſt
Æthereas acies, tota iam gente redemta?
Victor iò cuius cecidit Mors hauſta triumpho,
Mors, vbi nunc acies, vbi falx, vbi corneus arcus?
Seps, vbi nunc vires, vbi vaſta licentia prædæ?
Deſijt, & prædam te fortior abſtulit alter.
Parte alia Vates munus præconis agentes
Queîs toga neglecto contingit ſyrmate talos
Ante Ducem carpſere viam, ingreſſuſq́ dederunt.
Cùmprimis Vates lateri comes additus hæſit
Qui de more tubæ reſonans deſerta per arua
Strauit ad inceſſum domini loca ſenta viarum,
Et vitam in melius conuertere labe relicta
Iuſsit, & adſenſu Chriſtum comprendere prono.
Ille ſuis vinclo ſeptus ſe vate relicto
Imperat ad Chriſtum greſſus aduertere alumnis,
Nec ſibi, ſed Chriſto ſponſam deduxit honeſtam.
Panditur interea domus ampla nitentis Olympi,
Quâ deuectus ouans victor faſtigia cœli

Alta

A lta ſubit, regniq́; pios in parte reponit,
E t dona in numerum ſpargens, cœleſtia dona,
C redula demiſit ſacrum in præcordia Flatum.
V tq́; alij verbi munus vocale ſubirent,
E t vitæ præcepta darent, veræq́; ſalutis:
M ulta modis multis Vatum diſcrimina præbet.
I lle vocat gentes menſæ ad cœleſtis honorem
P roponens epulas corpusq́; ſuumq́; cruorem:
Q uæq́; Erebi regnis cœli deuexit in auras
M ortali generi permiſit habenda trophæa.
V tq́; patres Solymi reſolutos compede ſontes
L ibera communis miſere ad lumina ſolis
A nnua ſi memori reuocarunt tempora cultu
Q uando phalanx Iudæa rubras impunè lacunas
T ranſijt, immerſo vaſtum Pharaone ſub æquor:
H aud ſecus incluſos lethæo compede manes
E xtulit in lucem Chriſtus, vincliſq́; reſoluit.
Q uoſq́; ſub arbitrio Serpenſq́;, Erebuſq́;, lueſq́;
D etinuit, preſſitq́; æternæ carcere mortis:
H arum colla iugo expedijt, vacuoſq́; remiſit,
S ub pedibuſq́; minas fati depreſſit, & orbis,
Æ ternamq́; tulit miro è certamine nobis
I uſticiam, & propriam dedit, illa vt munere freti
E t legi, & ſuperûm regi, vitijſq́; nefandis
P oſſumus aduerſas infracti opponere vires.
I dem etiam nobis rediuiuum carnis honorem
M orte ſua meruit; non amplius agger arenæ,

N on ſcrobs terrorem incutiet mortalibus ægris.
C redo equidem Chriſtum pedibus triuiſſe colubrum,
D eſtruxiſſe necem, mundum viciſſe rebellem,
I n mare poſt tergum noſtros ieciſſe reatus,
E t ſoluiſſe ſuo precium pro labe cruore,
S ub iuga flammiuomum Ditis miſiſſe theatrum,
C onciliaſſe Deo mortales, triſtia legis
V ota ſuis poſuiſſe humeris, lignoq; luiſſe:
I llum etiam ſacro recubantem corpore terris
D efodiſſe nefas, & mœſta ſacraſſe ſepulcra:
N unc ſummum votis interpellare parentem,
E t lapſis hominum tutelam reddere cauſsis.
E rgo metu vacuus ſub corde exerceo plauſus
A cceptum Chriſto referens, qui pectora mœſta
A lleuat, & vitam mortalibus inſerit ægris,
A tq; hoſtes pedibus ſupponit fata minantes,
N e quenquam lateat ſolum ſe virginis eſſe
S emen, & antiquo Sponſam rapuiſſe draconi,
A duerſuſq; minas, & vim ſine fine tueri.
N am verbo inuectus paſsim pro curribus aureis
V ictor agit plauſum genitali à tempore mundi,
D onec pulcra trahat mundi textura ruinam.

Aſtor erat Solymæ Michas qui numine plenus
P *V incla ſub Aſſyria regiq́, gregiq́, canebat:*
C uius vt à triſti ſtupuerunt carmine mentes,
O ra Redemtoris prænuncia ſoluit, & ægros
E rigit admonitu Regis venientis Olympo,
Q ui ſonitu verbi diſperſum colliget agmen
I ſacidum, & gentes Semi ſub tecta vocabit.
C uius in aduentu ſceptris Iudæa propago
E xcidet, & falſi ceſſabunt numinis vſus.
Q uiq́, ſub arbitrium ſuprema in luce vocabit
O mnes qui verbi monitis parere negarunt:
C edamus Chriſto, & moniti meliora ſequamur.
N on ego vana loquor, dictis dedit ipſa fidē res
Q uæ pariter vates de Chriſto vno ore loquuntur.
N oſtra fides etiam ſtat in hoc fundamine vatum
C ompoſita è viuis ſaxis, vbi Chriſtus acutum
P rominet in latus, ac rupes immobilis hæret.
V rbs deſpecta iacet, ſedes antiqua parentum
I eſſidæ vatis, Cereris quæ fertile labrum
E x re nomen habet fœcundis Ephrata pratis,
N omen vt Euphrati tribuit vis fertilis vndæ.
N anq́, erat in fato per pinguia rura Phraatis
V enturum in lucem Cereris tam nobile germen
Q uo manſo æternæ veſcamur munere vitæ.
P ræſcius hanc paruam Michas ſic cœpit ad vrbem
Linguam

L inguam animumq́, Deo plenus, dum pectore vocē
R umpit ouans, qualis cum impulſus numine Iacob
B eniamin aſpexit verum ſub mente ſagaci
C oniugis oſſa ſuæ campis dum condit Ephratæ.
E ia age villa breuis quam lumine captus araret
T alpa, Paleſtinæ videam ſi iugera terræ.
A ut tibi componam ſi rura Samaridos oræ,
A dpares oculis tam paruula, fortè grues quam
D iruerent, quoniam Pygmæis bella minantur.
E ia age villa breuis ſpacio, ſed fertilis alma
F ruge, tibi cedant fœcundis Gargara glebis,
N ec præ te pingues iactet nunc Mæſia campos.
N am veluti Gedeon patrio ſub limine paruus
M agnus erat, donis animi cùm vinceret omnes:
S ic minimè minima es, quamuis minor eſſe putaris,
N am tu magna ſatis Bethlem tua ſi bona noris.
N ec tibi ſe Solyme, nec ſe tibi præferat ora
Q uà primum ſe Solis equi poſt ſydera tollunt.
N amq́, tua faciet mihi de tellure redemtor
E greſſum, veluti votis cum ritè ſolutis
F ertq́, refertq́, gradus adyti ſub tegmine Moſes
S enſa Dei ſcrutans, & gentis ad ora reportans.
S ummus ab hac minima greſſum feret vrbe ſacerdos,
E x adyto mentis qui ſenſa arcana paternæ
P roferet humanas orator miſſus ad aures.
H ic patris à dextra verus ceu Beniamin hærens
C ontritor colubri, mortis deſtructor & Orci

Agmina

A gmina lethæis redimet deuincta cathenis,
A c hominum delicta ſuo diluta cruore
P oſt tergum iaciet rapidam ſuper æquoris vndam,
I uſticiaq; ſuæ ſontes velabit amictu,
A c vt paſtor aget ſub prata virentia verbi
L ege gregem ſatians, effuſo & flamine potans.
N on erit hic miſeris hominum de more redemtor,
Q uorum magna ruit momento gloria paruo:
C eu Midiæ fudit Ioa ſatus agmina, quando
T eſta ſolo colliſa facem monſtrauit opertam,
E t fracto ſonitu profugos tuba perculit hoſtes.
H ic, alijq; duces paruo nos tempore paruo
E xpediere iugis, omniſq; iacentibus illis
P alma iacet, nunc nos eadem tot caſibus actos
I nſequitur fati ſeries, ac ſub iuga mittit.
A t non hunc ſimili rapiet ſors fluxa tenore,
N ec metas ille imperij, nec tempus habebit,
S ed ſceptrum ſine fine tenet cum patre coæuus,
E t pariter ſeruat mundum, pariterq; creauit.
N ec tantùm à culpa redimet, nec morte, nec Orco,
N on alijs etiam veniunt quæ plurima damnis:
S ed quodcunq; dabit, gratìs dabit, ille ſalutem
P orriget, & cœlum ſine fœnore tradet habendum.
N on ſine ſpe precij tollit medicina labores,
S olus at hic animæ labem cum corpore ſanat
G ratuitò: quid enim veræ pro dote ſalutis
G ratia noſtra poteſt largirier emolumenti?

Quidue

Q uidúe refert operæ tener & ſine viribus infans
M erſus aqua, tinctus mundanti ſanguine Chriſti
D um capit æternæ monumentum inſigne ſalutis?
G rata ſalus gratìs Chriſti pro ſanguine fertur.
Hæc bona ne dubites poterit præſtare redemtor,
N am patria egreſſum fecit de mente, priuſquam
O rbis adhuc aliquem concepit fabrica fundum,
E t chaos antiquum ſine luce & imagine ſtaret.
S ed nunc tempus erit caſtæ cum ventre puellæ
E greſſus, ſacraq́; aſperſus Palladis vſu
F laminis officium, regiſq́; aſſumet honores.
N aſcere vera Dei ſoboles, æterne ſacerdos
Q ui prece concilias ſupplex hominemq́; deumq́;
A mplexuq́; tuo iungis mediator vtrumq́;.
N am quod munus habes cum iam de virgine ſumta
C arnis maſſa tibi, pridem tu munus habebas (eſt
C arnis maſſa tibi cum nondum è virgine ſumta eſt,
A c æterna tenes æternus munia natus.
E rgo mihi parua tu maxime ab vrbe redemtor
E gredere, & miſeras hominum res eripe morti,
T u mihi, tu vitam cœleſti in ſede, patremq́;
C oncilias, tu das menſis accumbere diuûm.
A t Syrus Antiochus, belloq́; aſſueta Quirini
P oſteritas prædam quæret, gentemq́; reciſam
S eruitio premet, & rapiet ſacra ſcrinia templi,
A ntè grauis ſancto pariet quàm flamine virgo,
E t damnis poſitura modum promiſſa propago

S eminis humanæ ſe cinget imagine formæ:
S ed tamen in forti tunc colliget agmina verbo,
E t pacis princeps valida vi conteret hoſtes.
E xin & Iudæ imperium per caſtra Quiritum
E ruet, & mundi per climata mittet alumnos,
Q ui viua expediant animis ſolatia tritis
O buia diuini quos terret imago furoris:
C eu quando pluuiæ, ſeu roris viuidus humor
T ollit humo, atq; ſiti morientes erigit herbas.
I lle deûm cultus paſsim delebit inanes
V oce miniſtrorum, veniat dum terminus æui.
T um pro deſpecto ſtatuet flammantia verbo
S upplicia, æterno vermis cum viuida morſu
I n medijs carpet non credula pectora flammis.
H æc memini paruã Michas dum iactat ad vrbem
H inc olim genito fieret quæ maxima Chriſto,
Q ui geminæ ſtirpis conſors, hominumq; Deiq;,
M unia ſacra ſubit primo mediator ab æuo,
E t verbo regnum ſtatuit, legit agmina verbo,
Q uo partitur opes, & cœlica dona miniſtrat,
C onſtituitq; diem ſolio cum cenſor in alto
S upplicio ſontes, & credula pectora verbo
A fficiet meritis, ac omnem reſtituet rem.
D um loquor, emerſit vetus, & nouus incipit annus,
E rgo nouum mea Muſa nouo cane carmen in anno.

IN DIE IOHANNIS BAPTISTÆ.

Am quis te meritis vnquam ter maxime Vatū
N L audibus accumulet, quē laudatiſsimus heros
F ilius ipſe Dei, fallax haud ore repertus,
I ngentem donis ingenti voce ferebat.
N ec vox vlla tuos æquè celebrabit honores,
Q uàm qui te tanta cumulatum laude relinquens
S uprà homines, ſuprà ire Deos pietate canebat.
V erùm etiam eſt tenuis Muſæ ſua gratia, ſi quis
M agnum mole virum tabula deſcribit in arcta
V t veros videare tueri, ac noſcere vultus.
S ed dum ſacra cano, Vos ô qui pectore culto
H îc operam ſtudijs datis, & queîs diſcere ſacra
E t facere eſt promtum, linguiſq; animiſq; fauete.
F as etenim veterum repetentem exempla virorum
V eſtigare animo quid ſit chorus ille piorum
H umana qui in gente ſonat cœleſtia iuſſa:
Q ua vice ſucceſsêre loco, qui cœlitus acti
I n terris ſacri generis reparare ruinam:
Q ualibus & frenis, qualiùe regatur ab arte.
P ræſertim & quæ ſint doctrinæ iura profeſsi
D iuini proceres, qui pro pietatis honore
O biecêre animas in aperta pericula vitæ
S cire operæ precium eſt, & eorum exempla tueri,

E t rectam teſtata fidem monumenta tenere,
H iſq; animum firmare, & tanta agnoſcere dona,
A tq; Deo, vt dignum eſt, pro tantis reddere grates.
H umana in tenebris fœdè cum vita iaceret
I n terris vano pietatis perdita cultu:
T um miſſus Vates lucem qui proderet almam
G entibus, atq; viam liquido monſtraret Olympo,
N on lux ipſe quidem, ſed luci vt præuius iret,
I nceſſuq; prior, quæ inculta atq; aſpera cliuis
S terneret, & iuxtà ſequeretur Chriſtus euntem.
E rgo illi comes, & conſanguinitate propinquus
S acra è ſtirpe Leui genitus, ſex menſibus antè
H umanas quàm Chriſtus erat productus in auras,
L ucem hauſit Solymis, & tum moderamina regni
C ontemtor diuûm Herodes translata tenebat.
H uic pater, ipſe memor Domini, ſe voce ferebat
S achariam, inq; Deo requiem quæ mater habebat
M aluit Heliſabe dici, cui dura negarat
S pem generis ſobolem Lucina, & pignora lecti
N ulla tulit fato diuûm, & tum mole ſenectæ
N on habilis, ſpem natorum iam abiecerat omnem.
H i ſæuum imperium duri tolerare Tyranni
A ſſueti, placidè peragebant tempora vitæ,
N il armis moti, nulla ipſi bella mouentes
R egibus: at duram patiendo vincere ſortem.
I uſti ambo, vitam ante Deum ſine labe trahebant
F ixam in venturo ponentes Semine mentem.

Se

S ed cum fortè ſub immani ſua ſacra Tyranno
E xequitur, ſolitumq́ adytis inſtaurat honorem,
E t ſupplex fumum intendens de more Leuitûm
S olenni in ſacro diuinis ſe vſibus aptat,
Q uo rex ipſe modo Dauid, quo natus ab illo
R ex Salomon ritum exegit, moremq́ ſacrorum:
C umq́ vacans precibus Meſſiham poſceret orbi,
Q ui lapſum in tenebras & turpia crimina mundum,
E xcuſſumq́ fauore Dei, ſtygio eximat Orco
F œdus in antiquum referens, primumq́ fauorem:
T andem & relliquias aliquas, monumentaq́ ſeruet
S acra piæ gentis: columen, requiemq́ ſenectæ
S ufficiat prolem, non ſic deſertus vt eſſet:
C ontinuò cœlo demiſſus nuncius, inter
O fficium, turbamq́ ſacri, voceſq́ precantum,
H uic Gabriel reſponſa refert: audita rogantis
V ota polo, ſteriliq́ è coniuge ſurgere ad auras
E gregium Vatem nequicquam obſtante ſenecta,
Q uem dulcis ratio officij, cui gratia dulce
N omen habere dedit, Iohannem nomine dicet.
Q uandoquidem ante Dei natum veſtigia verbo
P rima feret, vita prior, & prænuncius ibit
O re ſonans veniam, & mulcebit pectora dictis
R educens natos recta ad documenta parentum.
H unc fore & ingentem factis, qui matris in aluo
C orda Deo plenus, ſacra luſtratus ab aura
A gnoſcet domini ora ſui, cui robore Simſon

I nſtar erit, fortiq; animo cui ſpiritus acer
H eliæ vertet ſtimulos, munuſq; docendi
E xplebit virtute ſuum, & iam matris ab aluo
C æleſtûm regi dictus ſacer exiget æuum
S emotus vulgi ſtrepitu, & popularibus auris.
V ictum illi vulſæ dederint radicibus herbæ,
P ocula erunt fontes liquidi, non fortia Bacchi
M unera, non epulæ tentabunt labra repoſtæ.
T alibus auditis, triſti cum corde volutat
C oniugis inualidæ vires, ſortemq; ſenectæ,
H eu quid agat, dubij ſurgunt in pectore ſenſus,
A ugurium rebus poſcit tamen æthere ab alto.
I llum multa metu cunctantem, & multa parantem
D icere, nec tanto contentum numine diuûm
I ncuſat volucer, qui non acceperit vltrò
D icta ſua aſſenſu, manifeſtoq; omine ſignum
E ſſe iubet, quod nunc vocis procul excidet vſu,
D um teneras illi viſet mas editus auras.
E xin perfectis diuinis rebus ab imo
S eſe effert adyto vacua in penetralia templi,
S ignificatq; manu perfectis ordine votis,
E t populum infuſum mandat decedere templo.
N am quoniam noua ſacra nouos iam rurſus habebãt
I ngreſſus, preſſo fas obmuteſceret ore
A ntiquum Leui ſacrum: ſic maximus ille
C um faceret Flamen verba, & cæleſtibus auris
L uſtraret populum: defunctum ſorte Leuitam

Fas

F as tenuiſſe manus, nec genti fauſta precari.
P oſtquam autem exactis ſacris ad limina tecti
S e retulit ſenior, fœtu turgeſcere cœpit
F œta nouo coniunx : ceu quondam dulcis aquæ fons
D efeſſo Simſone ſiti de putris aſellæ
M axilla emicuit, venaſq; refecit anhelas:
H aud ſecus antiquo & penitus de Flamine muto
O rator felix in apertas debuit auras
P roduci fatis, qui dulci voce leuaret
C orda hominum, & grato luſtraret rore ſalutis
P ectus anhelantûm, & culpæ ſub mole cadentûm,
I n morem fontis ſalientis pumice viuo.
H eliſabe cum ſe quinto iam menſe teneret
I ntra ſepta domus, grato celebrabat honore
D ona Dei, vt labem hanc miſerandæ auerterit vltrò
I nuiſam hanc labem quando infœcunda maneret
S extus vbi in curſu menſis foret, innuba virgo
N ullum paſſa virum, nullos experta hymenæos
V irgineum intumuit cœleſti pondere ventrem.
F ortè apud hanc, volucri puero cum mentio fidæ
E xcidit Heliſabes, cognatam inuiſere gaudet
S edula : nam Mariæ genitricem fama fuiſſe
G ermanam Heliſabes, dum Chriſtum exire ſub auras
R egali de ſtirpe Deus, ſacraq; volebat.
I ohannes, ſed adhuc quanquam detentus in aluo,
V irginea tamen ille Deum cognoſcit in aluo
L æticia exultans, vocem vt fataliter hauſit

P ræſentis Mariæ, & plauſu ſonat abditus infans.
    I amq; vbi tempus adeſt vtero deponere fœtum,
E n domus Heliſabes augetur prole virili,
E t circum attonitis animis hæſêre propinqui
G ratantes, lætaq; omen cum voce ſalutant.
C umq; octaua diem reuehens Aurora, nigrantes
D iſpulerat tenebras, infans genitalia circum
A ntè aram Samia cum teſta ex more putatur.
E t iam fatorum immemores cognomina patris
C ertatim puero tendunt imponere paruo.
A t mater cuius melior ſententia menti
A bnuit, & melius Iohannem nomine dici
A ſſenſu ingeminat vario, ceu fortè mariti
A ccipiens monita in tabulis inciſa notarat.
E rgo petunt conſulta patris, qui prodere ſcriptis
D um parat, atq; notas ſubiectæ inducere cæræ,
V ocem improuisò rumpit: iam parcite quæſo,
I amdudum inuentum nomen, velut æthere miſſus
A dmonuit præpes, Iohannes nomen habebit
Q ui mihi, qui primas viſit nunc maſculus auras.
    I nuaſit mentes horror, calefactaq; corda
A ugurio tali ſuperûm, atq; ingentibus auſis.
N am pater omnipotens hunc olim in lege recenti
P rimum oratorem donis illuſtribus orbi
F ecerat inſignem, miriſq; vocauerat actis,
A ugurijs firmans doctrinam, atq; omine certo:
Quanquàm ille haud miris vnquàm ſeſe extulit auſis,

Ne

N e fors acciperent dominum, autoremq; ſalutis,
A tq; hunc Meßihæ vulgò pro nomine haberent.
P rincipiò volucer demiſſus ab æthere præco
N atalem pandit pueri, nomenq; recludit
I gnotum, inq; vtero ſacrata impletur ab aura,
E t magnæ aduentum Matris, & verba loquentis
P ræſenſit, dominumq; excepit mente futurum
E ſterili productus anu, ceu credulus Iſac,
P atri lingua decem vincitur menſibus, & vox
S iſtitur hærenti, dehinc priſtina iura recepit.
H is tum aliquid magnum augurijs famaq; vehendũ
M oliri ſuperos, docuit poſt exitus ingens.
N ec longùm, Phariſæa manus templũ inter & aram
I nſtantes odijs ingenti vulnere victum
S achariam ingentem ſpoliarunt lumine vitæ,
V t coràm ingeminat conceptum flamine ſancto
M eßiham veniſſe orbi, nec iam amplius illis
Eſſe locum, dictis & inania ſacra reuellit.
A t vidua & confecta annis, quo tempore fertur
H erodes ſceptris metuens hauſiſſe cruento
I mperio infantum vitas in limine primo,
I nfantem, fugiens immania ſceptra Tyranni
S uſtulit exilio comitem, deſertaq; Adumis
V iſitat, Engeddi prope tempe, & Iordanis amnem,
H eliæ loca clara ſcolis, & vatis Eliſſæ.
S ed tunc Eſſæi proceres loca culta tenebant,
S ub quibus aſſueuit vitam tolerare magiſtris

 Iohannes

I ohannes operum patiens, tenuiq́ manebat
C ontentus victu, nec paſſus carpere ferro
F atalem ceruice comam, & ſylueſtria mella
D ecuſsit latis folijs, in imagine pulcra
D octrinæ, quia dulce ſonat, quia cordibus ægris
S uggerit & vires, & acutos luminis orbes
E fficit occultè medicans, gremioq́ parentis
D iſtillans, folijs legitur ſuſcepta ſacratis.
V ilibus hic cancris etiam ieiunia ſoluit
S erpentum inuiſis generi: quod protinus eſſet
A rgumentum ingens ſuſcepti muneris huius,
D um verbo bellum accendit, Phariſæaq́ caſtra
V ipereum genus inſectans capitaliter odit.
Pellibus incinctus vilem geſtauit amictum,
C ingulaq́ è lento ſtrinxerunt ilia nodo,
R edderet Heliam quò vita & moribus ipſis.
E rgo vt triginta vitam extendiſſet in annos
D iuerſo ſe more tenens à gente Leuitûm:
F ortè ſacro in feſto de cœlo excitus apertis
A ugurijs ſua munia init, quâ flumine pulcro
I ordanis ſecat arua vadis, & Fœderis arca
C onſtiterat, ſiccoq́ gradu gens tranſijt amnem.
I llic admonuit ſontes faſtidia labis
C oncipere, & puro luſtrauit fluminis alueo.
H unc ſatus ipſe Deo præſens dignatus adire,
D octrinam augurijs, atq́ omine firmat aperto,
I ordanem, fluuioſq́ omnes vt corpore ſancto

Infice-

I nſiceret, triplicíq; in maieſtate videndum
S e dederat numen, Genitor cum luce, ſonoq;,
N atus at exuuijs hominum, formaq; columbæ
S piritus amborum conſors, & copula amoris.
A t ſacer exequitur vates dum munia ad amnẽ,
I nſtituitq; ſcolam vatum de more priorum,
V iſendi & ſtudio coit vndiq; lecta iuuentus:
T um Phariſæa cohors, quo miſſus numine quærunt,
Q ui genus, atq; domo, vates nè, an fortis Elias,
A n maior Deus, aut opera ad maiora vocatus,
Q uid ſtruat his ceptis, aut quid noua ſacra frequen-
Q uos vates à ſe venientis ad ora remittit tes?
M eßihæ, & faſtus reprobos & inania ſacra
I ncuſat dictis, cæciſq; inſtantibus armis
A rua adijt Galilæa fuga, vimq; exijt omnem,
I uſſaq; ſacra colens virides Iordanis ad oras
Q uas rex Herodes iam tum ditione tenebat,
S parſit rore pio gentem, & luſtralibus vndis.
S ed quoniam Herodes patris inſidiatur habenis,
I ohannem accerſi iubet in quem plurima turba
C onuertêre oculos, diuinaq; iuſſa ferentem
M iratur, doniſq; extantem ſuſpicit altis,
S i per eum ſceptris aditum fortaßis haberet.
A t vates Regi inceſtos infenſus ob ignes
C onſortem vt fratris thalamo ſociatus habebat,
C uius ob imperium infelix, moreſq; ſiniſtros
C oncuſſæ luctu Solymæ, cædeſq; peractæ:

Adfici-

A dſicitur vinclis clauſus Macherontis in antro,
V nde etiam geminos ad Chriſtum miſit alumnos
F acta videre viri, viuaſq; aduertere voces.
H ic verò indignum fama, ſeclisq; tremendum
E xoritur facinus, regina vt fatur in aurem
S altanti natæ quò regem poſceret vltrò
I n diſco tradi vatis caput enſe reciſum:
I uratusq; in vota pater, cæcuſq; furore
N on vati abſtinuit ſacro, auerſusue refugit
T riſte miniſterium, præſtat, ne vota retractet,
Q uanquàm ô, Sed triſtes expendunt ſanguine pœnas
E xacti regno: ſed nata vt lubrica ducit
S igna pedum in glacie luſus imitata choreæ,
D iſsiluit crepitu glacies, pes vertitur imo
I n caput, & ſparſo maculantur ſaxa cerebro.
H ic finis tanti Vatis, ſic exitus illum
S orte tulit, mundum ſacra ad meliora vocantem,
S ignantemq; Agnum digito, qui crimina tergo
A uferat, & triſtes abſtergat ſanguine labes.
H ic rectum ad ſuperos iter, & documenta recluſit
V era Dei, voluitq; horum meminiſſe minores:
Q uæ qui noſcere auet, ſtudijs operetur honeſtis,
M ultaq; peruigili voluat monumenta labore,
H is nam doctrinæ fida inſtrumenta parantur.
N unc qui fortè velint ad claros tendere honores
I ngenio, & docta ſibi quærere nomen ab arte,

Pro-

P rofectusq́; ſui ſpecimen dare: nomina nobis
D ent ſua, cenſuramq́; vltrò ſubeantq́; ferantq́;,
E t meritæ expectent contenti præmia palmæ.

CONSIDERATIO ARDORIS COELI VITEBERGÆ AD

aliquot milliaria conſpecti, Die innocentum, poſt inchoatum annum Chriſti 1561. noctu inter horam quartam & ſextam matutinam, cùm vtrunq́; lumen procul eſſet infrà Horizontem.

T Empus erat quo grata quies mortalibus ægris
D eſinit, atq́; diem labor acer præuenit almum:
V mbraq́; noctis adhuc glomerabat denſa tene-
P roſpectum eripiens oculis, nec frigida cœlo (bras
L una morabatur, nec Sol conſcenderat orbem:
E cce colorato conſpectus in aëre feruor
S igna dare, & diro miſceri ſanguine nubes
H orrendùm, atq́; atra in fumo volitare fauilla:
V t cùm ſanguineo rutilantem crine Cometen
C ernimus inuiſis mundo adparere figuris.
D umq́; ita ſuſpenſi hæremus, ſuperoſq́; precamur
R itè ſecundarent viſus, omenq́; leuarent:

Cernimus

C ernimus anfractu longo diſcedere cœlum,
I nſertaſq́ polo ſtellas per fumida clarum
N ubila ferre iubar, lucemq́ impunè per auras
V ibrare, & mœſtis oſtendere ſydus amicum.
Q uid cauſas petis ex longo qui triſtia cœli
M onſtra vides, animiſq́ hæres, rerumq́ futuras
C olligis inde vices? non longè exempla petantur,
A ntè oculos, interq́ manus ſunt obuia noſtras,
I pſaq́ per nubes ſpecies impreſſa cruoris
T riſte per augurium ſpectantûm pectora ducit.
N ec deſunt falſo qui relligionis amore
T artaream intendunt vocem, ceu buccina bello
S igna canit, populumq́ animis audacibus implent,
I rritantq́ pios ſcriptis, ſubduntq́ nefandas
A d noua bella faces, & vix in luce receptam
D octrinam impediunt denſa caligine fumi:
N ec prius abſiſtent quàm ſæua incendia belli
C onflarint, fuſoq́ implerint ſanguine campos.
N on tamen omninò Pietas immanibus armis
V icta cadet, nec ſi qua ſedet mortalibus vſquam
I ntemerata fides, & mens ſibi conſcia veri:
S ed lethi in medio verſantes, luce fruemur,
L ætitiaq́ Dei: viden' vt fatalibus aſtris
I ucundi affulsêre ignes mortalibus ægris
D um cruor inuiſus commiſtis igne tenebris
I nter ſe aduerſis luctantur in aëre formis,

Et

E t cœlum dira præludit imagine clades.
A t vos qui Verbi monitis auertitis aures,
P rodigijs acti cœleſtibus improba tandem
V ertite conſilia, & meliori aſſueſcite vitæ:
A ntè oculos quæ ſit rerum fortuna videtis,
H inc Turcæ inſurgunt bello, trux imminet illinc
N on feritate minor Moſcus, nec fortibus armis,
C onciliumq́ vocat Romanus præſul ad Alpes.
E gregij interea Vates templa omnia vanis
N on ceſſant turbare ſonis, fremituq́ ciere,
A tq́ vrbes iterum alterno committere bello,
H aud equidem tanto deſiſtent cardine rerum,
N am furor ardentes, cædiſq́ inſana cupido
V rget, nec victi poſſunt abſiſtere rixis,
S tant odia, & toto ſæuit Mars impius orbe,
I gnis vti medijs cæpit cum incumbere tectis,
F aucibus ingentem fumum vomit, inde ſecutus
P er tigna alta, viam flammis inuenit ad auras,
E t totæ adparent moles conſidere in ignes,
N ec iam vndæ iuuêre, volat vi feruidus ignis.

Carmen

CARMEN P.P. AD INVITATIONEM EXAMINIS PVBLICI IN ACAD. VITEB.

Q Vàm benè viuebat Paradyſi in ſede, priusq̃
D eficeret mortale genus, nec mente feroci
R ectorē excuteret ſummū, & ſe lege teneret.
T unc & noticiam firmam rerum omnium habebant
P ectora, tum larga ſe illis cum luce ferebat
O buius, inq; animis Deus omnibus omnia agebat,
E t lucis radios propria de mente refundens
T otum hominem pleno luſtrabat lumine recti.
A t poſtquàm in vetitum ruerent, & pectore victo
S erpentem acciperent ſtygium: tum protinus omnes
C œleſtûm excuſſæ dotes, & tecta tenebris
P rouida lux, hominumq; imis præcordibus ater
S ucceſsit Serpens, & ſancta habitacula diuûm
T urpauit, delenſq; Dei ſacrum inſtar in illis
I ngentes tenebras offudit mentibus ægris,
Q uas radij Solis, neq; lucida tela diei
D iſcuteret, penituſq; errorem abſtergeret omnem.
V t facinus tamen ipſa ſuum mens noſcere poſſet,
A ntiquoſq; ſtatus æui, miſeramq; ruinam:
S cintillæ exiguæ ingenti de luce relictæ
M anſerunt animo, ſed & hæ quàm in parte puſilla,

Quàm

Quàm denſis ſquallent tenebris, quæ in ſorde, videtis,
Ceu Luna in nimbo triſti cum in nocte tenetur,
Luceq́; pallidula ſenſim inter nubila fulgit:
Aut rude vt apparet ſpeculum nulla arte politum.
At Pater immenſo Nati deuictus amore
Ne tota intereant manuum monumenta ſuarum,
Partem aliquam humani generis de faucibus Orci
Raptat, anhelantemq́; ſua dat luce potiri
Spiritus vt renouat præcordia lumine verbi,
Et tenebras remouens iterum primordia lucis
Incoät, & lapſas reuocat ſub pectore vires.
O vtinam noſſent aliqui, quos noſſe decebat
Qualibus & quantis degant in cladibus æuum,
Et propius bona ſuſpiciant quæ Filius adfert
Demiſſus nobis, & grata mente ſonarent
Quòd cætum in terris ſibi tanto in turbine rerum
Adſerit æternus genitor per munia Verbi
Quod noſtris animis Natum proponit habendum
Viſentem has terras vera ſub imagine carnis
Quò Sathanæ euertens opera impia, rurſus adornet
Lapſa Dei in nobis ſimulacra, iterumq́; refingat
Informans verbo, proprioq́; è Flamine partem
Mentibus inſinuans, ſua nos habitacula reddens,
Quâ ſedem colat æternùm, indeiectaq́; ſeruet.
At multi hæc voluunt animo bona ſumma, Deumq́;
Ritè colunt, ſtudijs celebrantes munera Nati,
Inq́; propaganda doctrinæ voce, laborem

S Et

Et ſtudium acre Deo vigilanti pectore præſtant,
Atq; viam monſtrant miſeri qua iungimur ipſi
Auulſis quibus ille iterum iam à fœdere Ditis
Communem ſeſe, nec non communia ſecum
Dona ſua efficiat nobis, & propria donet.
Hæc cuius fugiunt animum ſolatia vitæ,
Mortua ei vita eſt propè iam viuo, atq; videnti,
Perpetuaq; gerit plenam formidine mentem,
Nec reperire poteſt palanti corde receptus,
Sed miſer incerto fluitans errore vagatur.
Ergo opus ô iuuenes ſolerti mente vacare
Doctrinæ ſtudijs: non nullo hæc dona labore
Proueniunt, nulloq; vſu: Pater ipſe ſciendi
Haud facilem eſſe viam voluit, namq; arte miniſtra
Suſcitat hæc, ſtudijs acuens mortalia corda.
Ille ſuam Verbum meditantibus annuit auram,
Nec temerè effundit votis non percitus vllis:
Et per eam Chriſtus ſuccendit pectore lucem
Notitiæ patris, atq; ſui: diuinaq; dona
Vſibus acquirunt vires, velut ignea lampas
Mota iubar latè iacit, & reſplendet in aura.
Hac tu militia gaudes Deus, his pater addis
Auxilium ſolitum, & manifeſto numine ducis.
Præterea refert aliorum noſſe reperta,
Et placidè doctas audire, & reddere voces:
Idcircò ſiſtam qui non ſe credere noſtræ
Cenſuræ veriti ſpecimen ſuper arte dederunt:

Et

E t nunc luce palàm fas prono accedere greſſu,
E t doctas tentare operas quæ copia cuiq;
D octrinæ, & qui ſit ſtudij profectus in illis.
T u modò ne noſtris te ſubtrahe cœtibus oro
N ate Dei, nam te noſtris medium affore dictis
O lim pollicitus, roburq;, animoſq; daturum.

CARMEN P.P. VITE-BERGÆ.

E R go tot incaſſum fundi plærumq; labores
A ſpicimus, dum quiſq; ſuæ contraria ſorti
A dpetit infelix, nec iuſſo in munere perſtat
P ropria non curans, alienaq; ſegniter vrgens
A h miſer, in neutro quicquam feliciter auſus.
M axima pars curis conſumit inanibus æuum,
N ec meminit vitæ exiguæ, immenſiq; laboris
Q uem fas haurire ingenio, ſi euadere ad auras
M ente agitat, plenoq; cupit Dei amore potiri
D ulci noticia rerum cæleſtium abundans.
P ræcipuus verò labor eſt in gente piorum
F undere vota Deo, & dictis conferre viciſſim
I udicia, vt veros poſſis exquirere veræ
D octrinæ ſenſus, incorruptoſq; tueri.
H æc opera in terris poſtquam exercemus agendo,
N e dubitate viri, medio ſtat in agmine viuens

F ilius ipſe Dei, ſancto qui pectora Flatu
I rradiat, penituſq; mouet ſtudia atq; labores,
A diunctumq; illis cætum, & ſocia agmina ſeruans
P er mundi caſus, & fata extrema gubernat.
A ltera ſed nuper pars eſt exacta laboris,
T unc vbi concilium ſanctis de rebus habentes
C ontulimus dicta, atq; horum explorauimus artem
P ublica doctrinæ quibus hic monumenta paramus.
A t nunc officij quando pars altera reſtat:
H os quoq; congreſſus numero celebrate frequenti
D octa manus iuuenum, cum ſunt pia vota ferenda,
D ebitaq; ex merito ſoluentur præmia honorum
E gregijs virtute viris, qui ritè probarunt
P rofectus ſuper arte ſuos, quid cælica paſſim
C ontineat doctrina Dei, fonteſq; Sophorum.
F as equidem alterius ſurgenti applaudere honori,
V irtutemq; ornat DEVS, & virtute viciſſim
O rnari cupit, & dignis ſua præmia reddi
I mperat: hinc paſſim tot honorum nomina, totq;
C lara ferunt monumenta viris inſignibus arte
Q ui populos latè magna ditione gubernant.
Q uippe honor ardentes agit ad ſtudia optima rerum
Q uarum præſidijs hæc neſcit vita carere,
D iſcendi & ſtimulos acres ſub pectore vertit.
Q uare agite, & pariter cœtũ hunc celebrate fauen-
C onfeſſi quòd & has in honore reponitis artes (tes
Q ueis ſine non poterunt reliquæ conſiſtere fundo:

Tùm

Tùm pia quòd iunctis poſcatis numina votis
Vt tantis vitæ ærumnis, rerumq́ ruina
Sanctum ex hoc numero Chriſtus ſibi colligat agmen,
Et ſtudia, & ceptos exire impunè labores
Numine concedat placido, atq́ hæc docta theatra
Cuſtodes verbi, ſtabilemq́ in ſæcula ſedem
Eſſe ſinat, donec redeat magno agmine cinctus
Filius ipſe Dei, magniq́ ipſe agminis inſtar
Summus erit cœlo credentûm doctor & auſpex,
Et ſocios operum in terris, fidoſq́ miniſtros
Imperij vocet in partes, & præmia honorum,
Temporaq́ inſigni cinget decorata corona
Conuentu ſuperûm in medio, & in agmine diuûm,
Ante alios vbi docta cohors fulgebit Olympo
Syderis in morem, aut radiantis imagine Solis.

ORATIO DE ILLVSTRIS-SIMO HEROE, ET DVCE, MAVRITIO, ELE-CTORE SAXO-NIÆ, &c.

A gnanimũ Heroem qui Saxona regna potenti
M I mperio, & iuſtis defendit fortiter armis
M auritium, nulli veterum virtute ſecundum
S iue fide, ſeu quis pace eſt expertus & armis,
N unc verſu grauiore canam : gens ſera nepotum
A udiat, & meritos virtuti expendat honores
E gregiam decorans animam, quæ ſanguine nobis
H anc patriam; & quodcunq; boni nunc floret in illa
O btinuit, pulcramq; adijt per vulnera mortem.
H ic vir erat qui ſacra Dei temerata veneno
V indelicæ Sphingis procerum trepidante caterua
V nus reſtituit, ſolidaq; in ſede locauit,
S pirantemq; minas, perplexaq; dicta ſonantem
R eppulit, & ſæuos extinxit faucibus ignes.
H oc duce libertas fandi præcepta ſalutis
R eſpexit miſeros, quæ preſſo obmutuit ore
S phinge mala dominante locis : Quin ipſe furentem
C entimanum Romæ nobis noua fulmina belli
F aucibus Alpinis vicina ex vrbe Tridente

Cuden-

C udentem, atq; aris iterum noua ſacra, nouumq;
I us intentantem, ſubitò dare terga ſubegit,
E t ſolis ferro crimen commune refellit.
H ic rem Germanam belli turbante tumultu,
D iſtractamq; animis ſtudia in diuerſa, reduxit
R urſus in antiquam virtutem: & fœdera pacis
L egibus, & duris firmauit protinus armis.
H unc pariter magno ſucceſſu magna gerentem
E xterni tremuêre hoſtes, metuêre ſodales
A rmaq;, virtutemq; domi: mouet ipſius ingens
F ama viri, virtuſq; ſuis maturior annis.
H unc tellus quã Thraces arant, hunc Caucaſus altus
H orruit, & populos metuit committere pugnæ
I pſe ſuos, patriumq; retrò reuocauit ad Hæmum.
H uic debet, ſi qua eſt meritorum gratia terris,
H uic, inquam, flauũ quæ ſtat ſcola condita ad Albim,
Q uam ſæuis turbatam armis, & ſede paterna
E xcuſſam, extrema & ſtantem iam in ſorte, refecit
A uxilijs, maiora loco incrementa reponens.
H inc ſolitò emicuit maior, numeroq; referta eſt
D iſcentûm, belloq; aliquis fuit vſus in illo,
O rnatæq; olim veniunt felicius artes.
H æc dum carminibus celebro: Tu Chriſte parentis
V ox æterna tui, tu viuens illius inſtar
E xpers principij & finis, tu noſtra ſerenus
O rſa iuues, tantiq; faue præclara canenti

F acta Ducis, flatuq́ tuo rege verba, nec auræ
E dita diſcerpant, & nubibus irrita ſpargant.
T u bona parta tege, & multo ſudore receptam
H is terris duce te pacem Ducis huius ab arte:
T u ſtructas tacitè vires elide, nec vllum
C onſilijs oro euentum permitte, quibus te
D octrinamq́ tuam cupiunt ſubuertere fundo,
V el vi, vel freti perplexa ambage loquendi.
H unc etiam ludum porrò, atq́ hos aſſere cætus,
E gregios pariter cætus iuuenumq́, ſenumq́,
Q ui laudem aſſeruère tuam, laudemq́ parentis.
S ed prius illuſtres ortus à ſtirpe parentum
E xpediam, & primæ reuocabo exordia gentis.
H unc de Saxoniæ veteri propagine cretum
A ccipimus, ſeriemq́ domo deducere ab illa
Q ua priſci autores gentis longo ordine ducti,
A tq́ æuo propiore patres, nomenq́ decuſq́
P acis & armorum ſtudijs geſſère viciſſim,
A tq́ acie inſtructas Martis duxère cateruas
S iue domi, ſeu bella foris peragenda vocabant,
N am quò non penetrat virtus? Tu Gallia teſtis
M aiorum virtutis eris quam fortibus armis
A ſſertam, iam nunc etiam ditione coërcent:
T eſtes Allobrogum populi, belloq́ ſubacti
T aurinates, alto quâ vertice nubila cæli
A ut Alpes Graiæ, montanaúe Coccia tangunt,
Q uâ ferus Auſonias inuaſerat Hannibal oras.

Sed non hîc veterũ attingã monumenta virorũ,
Viuit adhuc animis Alberti fama, nec olim
Fortis aui memores ſubeunt obliuia mentes.
Hic quondam antè alios Burgundica bella regebat
Conſilijs, operaq́; huius, & viribus vſus
Pannoniæ tractus ſuperos ſub iura redactos
Mathiæ regis tenuit qui nomina corui,
Maximus obtinuit rurſum Æmilianus in armis.
Hic inſurgentes bello tres ordine reges
Pæona, Sarmaticumq́; & fortem Marte Boëmum
Prælia dum tentant animis, & viribus æquis
Cui regnum Elyſiæ cedat: deſiſtere ab armis,
Et pacis leges capere, & componere pacem,
Cumq́; manu belli terris excedere ab iſtis
Impulit, hoſtis ope intentans diſcrimina lethi
Qui legem hanc capere, & legi parere recuſet.
Sic regum ſimul & lites componere, & idem
Ingenti patriam potuit terrore leuare.
O præſtans animi robur: quòd tempore tali
Si quod adhuc reliquum ducibus foret, heu fera nuſq̃
Prælia ſic, nec tanta forent odia impia, & omnes
Inter ſe aduerſis concurrant motibus vrbes,
Nec ſe huc tot gentes vicinæ impunè tuliſſent
Incurſu, metuatq́; ſibi Germania cladem.
Deniq́; eum ſummi proceres voluère vacanti
Præficere imperio, poſtquam fatalia Cæſar
Munera ſolniſſet, ſceptrum, regniq́; coronam

M andare huic ſoli, tantum ô ſi luce frueatur
Æ therea, nec adhuc fato ceſſiſſet ad auras:
T antum iudicium tulerant de principe tanto.
A t patris & patrui virtus ſpectata recenter
P hriſiacis latè bellis ſeſe extulit armis.
N ec minor in puero virtus ineunte ſub æuo
S igna dabat, magnis animi cùm motibus annos
A nteiret, fortes præſtans ad fortia vires,
D um pugnam, aut aliquid magnarum inuadere rerũ
M ens agitat ſibi; nec dulci contenta quiete eſt.
N on etenim frenos patitur mens ardua, & acer
I mpetus ille ſuis longè prior euolat annis,
S i neſcis, Deus hunc ardorem mentibus addit,
E t velut accendit, ſic certis flectit habenis.
Indolis ergo bonæ puero bona cura iuuentæ
C eſſit, & Aſcaniæ de ſtirpe Georgius alta
H uic datus hærebat cuſtos, moresq; regebat.
I llius ad nutum mores expreſſit, & acta
C ompoſuit, vt quæ viſus ſit velle monere,
H ic ageret, factiſq; monenti occurreret vltrò.
N am ſanctos vitæ ob mores, veræq; beatum,
D octrinæ ſtudium, atq; inſignem pectoris artem,
N on tantum ingenti ingentem complexus amore eſt
O fficio indulgens, ſed enim cumulabat honore
S uſpiciens, magnaq; animi pietate colebat,
V t ſæpè antè Duces illo ſe nomine ferret
C ui duo præcipui tdin fido pectore noti,

Quàm

Q uàm pietate viri, ſint iuncti fœdere amoris,
V t mortem haud dubitet pro relligione paciſci
Q uam teneant illi, ſcriptiſq; in ſecla propagent,
T e princeps venerande vocans, doctumq; Philippũ,
A mbos inſignes fama, & virtutibus ambos.
S i duo prætereà tales Germana tuliſſet
T erra viros, iam nunc ſcriptorum fortè bonorum
P lus erat, atq; minus turbarent ſcripta malorum.
D icta habuêre fidem, potuit quæ plurimus ardor
E ſſe fuit: toto regni côeunte Senatu
F lexiloquæ Sphingi ſcriptis obſiſtere contrà
A uſus erat, primuſq; pijs obtendere dictis
A ggreſſus coràm, primus ſtrepitumq; minaſq;
S ubiecit pedibus, fregitq; ferocia monſtri
C orda, volente Deo, donec vi vicit, & armis
O btriuit ſurgentem, & ſibila colla tumentem:
E t meritò pietas Ducis eſt iuſtiſsima cura,
H inc decus imperij ſtabilire, & reddere pacem,
P rouehere ingenuas artes, dare præmia doctis.
H æc eadem vt faceret, quem non haurire laborem
A ggreſſus, quos non caſus tulit? hei quibus ille
I actatus fatis? Ciues vt pace ſederent,
I lle armis in bella ruit: dehinc numina vero
V t celebrent cultu, tot monſtra infanda deorum
S uſtulit ille adytis, purgataq; ſacra reliquit:
V t pietate ætas tenera educetur & arte,
I nſtituit ludos vbi vani fana Papatus:

Maieſta-

M aieſtate forum muniuit, legibus vrbes
Q ueîs neq; mos, neq; cultus erat: collapſa refecit
T empla Dei, & ſtudia ad ſolitos euexit honores.
A tq; his à curis regnandi exordia duxit
C um patre defuncto patrijs ſucceßit habenis.
H inc benè diſpoſitis natali in limite rebus
M ilitiam, & graue Martis opus tractare ferendo
M aluit, & ſumtis vires oſtendere in armis,
N on patriam infeſtans, ſed iniqua ab lege reſoluens,
O tia non rumpens, ſed longo in fœdere ſeruans.
I dcircò haud ſocios regni, ciueſq; paterni
I mperij aggreſſus, ſed Chriſti nominis hoſtes
I nuaſit bello, noſtris vt pelleret oris,
E t regni aſſereret decus, & ſua munera Chriſto.
S æpè foris voluit pacata Teutonis ora
C um ſcythiæ populis duro concurrere bello,
E t ſolus magnas Martis nutrire cohortes
A rmorum impenſis proprijs, atq; agmine denſo
T entare ingreſſus, amiſſaq; regna relictæ
P annoniæ, domitaſq; repoſcere viribus vrbes.
E rgo extrà patriã primus magna agmina duxit
C ommuni victus patria, & virtutis amore
Q uando in Pannoniæ tendebant milite campos,
E t penitus toto certatum eſt corpore regni:
H ic primum ſpecimen præſtans certamine belli
I mpleuit terrore hoſtes, quem deinde ſecutus
S ucceſſus rerum magnis adeò extulit auſis

Suprà

S uprà alios regni proceres vt nomen haberet,
Q uos acri ingenio tantùm ſuperauit, vt omnes
E xtinguit ſtellas exortus lumine Phœbus.
H inc Aſiæ tellus inimica cohorruit olim
A uditum ad nomen, ſuccuſſaq; viſcere in imo eſt.
S i quid apud rapidum tunc geſtum eſt fortiter Iſtrũ,
C onſilio, atq; manu ſtetit huius Principis illic.
H ic poſtquam vrgetur pugna congreſſus iniqua,
E n bellator equus præceps ex vulnere, terræ
S ternitur, excuſſumq; equitem ſuper ipſe volutus
I mplicat, hærentemq; ferit grauis vngula pulſu
Haud domini memor, et terræ inſuper adplicat ipſum.
D iuerſumq; rapit: ſed inutilis, inq; ligatus
T ela inſtare videt, varijſq; aſſultibus hoſtes,
N ec quò ſe eripiat, nec qua vi tendere poſſit
A dparet, niſi ſola oculis lethi horrida imago.
P roripuit iuuenis qui tunc comes hæſit in armis,
I amq; aſſurgentum dextris, plagasq; ferentum
I n medio veniens ſubijt, hoſteſq; morando
S uſtinuit, lethoq; ſuum caput obtulit vltrò
P ro duce ſe hoſtili gaudens ſuccedere dextræ,
A duerſum & iugulo non inſcius accipit enſem
D um princeps ſerui obiectu protectus abiret.
E rgo pedem bello referens tua Carole tandem
C aſtra ſequebatur, ſub te tolerare magiſtro
E gregias artes belli, tua cernere facta
A ſſueuit, magnis & te ſectarier auſis.

G elrica tum victor poſt bella exhauſta, mouebas
S igna per Attrebates, & regem Marte petebas
F ranciſcum, tumidis vbi Sequana labitur vndis.
I unxit opes, vireſq; tibi, Gallumq; ferocem
L andriſij ad muros repreſſit, & exuit armis.
M ox iterum vt bello egreſſus ſigna altera figis
Q uâ Deſiderij Fanum de nomine fertur:
V nus homo aduerſos ita bello terruit hoſtes,
V t pacem petere, & tentarint tendere dextras.
N am bis mille equites inopmo turbine in hoſtes
C oncitat, ignaros rerum, oppreſſoſq; ruina,
E t pauefacta virûm demiſit corpora letho:
Q ua ſtrage impulſi, ceſſabant protinus armis,
E t bello orabant ſpacium interponere pacis.
N ec quenquam ingeniove parem, nec robore, & arte
A d quoſcunq; aditus velles, tu Carole habebas,
N omen vt incauti vix ſæpè effugerit, ardens
I ngenio, & promtis obeunda ad munia neruis.
Q uantus in hanc patriam fauor extitit, ardor & (ingens,
T eſtes heu nimium teſtes ciuilia bella,
C ompoſitæ & lites, rurſuſq; è ſorde reducta
R elligio, & fixæ leges quibus impia bella,
B ellorum & cauſas penitus præcideret omnes.
D um parat ereptas collecto milite terras
A ſſerere Henricus qui frena Lycaonis arcis
S uſtinet, & ſubito reditu procul iniicit hoſti
T errorem, immittitq; fugam, & ſpe deiicit omni,

Ne glomerare manum contrà, aut obtendere poſsit,
Nec præceps vires tempus daret: ipſe repentè
Contraxitq́; manum, & ſubita vi compulit agmen
Subſidio ſocijs veniens, qui fœderis icta
Lege tenebantur per mutua: deniq́; totam
Ad placidum euentum rem detulit, aſpera ne qua
Ingrueret pugna, & bellum ſine ſanguine abiret.
Idem cum tremeret triſti Germania bello,
Congreſſos Carolo nec dijs nec viribus æquis
Fœdere coniunctos proceres perſenſit, & armis
Abſtinuit primùm, ſed tandem cauſſa cruento
Implicuit bello, peregrina vt gente profecti
Appeterent terraſq́; ſuas, cognataq́; regna:
Ni faciat, rapiant alieni, & ſub iuga mittant,
Aut inſtent ſpolijs, aut cingant oppida flammis.
At Carolus meriti tanti non immemor vnquã,
Et iam victor ouans, virtuti præmia ſoluit,
Et ſeptem procerum in numero, cœtuq́; recepit,
Ductorem & belli ſtatuit Germanide terra.
Tempore iam ex illo qualem ſe oſtenderit acri
Ingenio, & quantum duri Mauortis in armis:
Norunt & Rhenus pater, & violentior Albis,
Et tumidis ferus Iſter aquis, & Sequana flauus.
Hæc Scola cum fœdè antè oculos diſiecta iaceret,
Digeſsit numero rurſus, Martiſq́; furore
Diſperſas olim Muſas ad priſtina vexit
Muneribus cumulanſq́; nouis, & honoribus augens.

Et

E t ne doctrinam opprimeret Sphinx impia veram
P ræſtigijs fraudum, magnis conatibus ac vi
O ppoſitus cepta impedijt, mox numine Verbi
M ulta reluctando fatalem auertere peſtem
A uſus erat terra hac, donec pede preſsit, & ipſam
T urbine correptam ſtygias deiecit ad vmbras.
H ac ſimul extincta noua cùm molimina cudi
ræſenſit, rurſumq; nouos inſtare tumultus
Q uò pia relligio, quò demum intercidat omnis
L ibertas patriæ: ſubitò tum ſurgit in iras,
A ttollitq; animos, & primùm obſiſtere falſis
I mperat inuentis, & vana reuellere dicta,
H anc operam ſacris præſtante Melanthone rebus,
Q uem triſte exilium, non dignaq; multa timentem
D um latebras aperit Sphingis, fraudeſq; rètexit,
C omplexus fuerat caſus conſtanter in omnes.
A ſt vbi nil ageret, ſed enim iura irrita ferri
I am magis, atq; magis videt, & data fœdera ſolui,
C ognatoſq; duces belli diſcrimine captos
I am contrà ſolitum vinclis & carcere claudi
P enè omnis patriam ſpes vt prærepta videndi,
E t dulces natos: vltrò implacabilis ardet,
A rmaq; in autorem Carolum diſtringit, & armis
I nſequitur, clauditq; viam ſub rupibus arctis,
F identemq; fugæ retrahit, ſubigitq; reponi
Q uæ neq; pace prius valuit, nec ferre precando.

S ed prius hic tacitis concurſibus agmina furtim
C ogentes, odio pacis, placidæq; quietis,
D iſiecit, vitreo quà labitur amne Viſurgis.
P arthenopenq; vrbem, quia conſuetudine regni
E xactos ciues longa ditione fouebat
S editione potens, captam ſub iura coëgit,
N on ſpolia vlla petens, ſed enim moderata tulerunt
F acta Duci laudem, dum qui cane peius & angue
O diſſent hoſtem, iam communi ore vocarent
V ictorem, patriæ patrem, & ſe legibus vltrò
S ubijcerent, famaq; pararent tollere cœlo.
A tq; ita Teutoniæ terras vltroq; citroq;
E xoluit belli terrore, omneſq; furorum
C auſſas è medio tulit, vna fortè relicta,
N on ita perfecta, nec ab omni parte reciſa,
D um properat Turcos auertere Pannonis ora,
A tq; aditu ex illo ſtabilem quoq; condere pacem.
N am quis tunc illum moliri bella putaret
Q uem ſocium belli non tantum in rebus habebat
V t pius Æneas fido comitatus Achate,
S ed ſtipe collata qui militis æra merebat
M auritij addictus ſignis, & fœdere iunctus.
Q uippe domum bello rediens, Turciſq; repulſis
E cce nouo implicitus bello capit arma, furoreſq;
H orrendos premere, atq; iniuſti incendia belli
I uſto Marte parat, ſæuæ iamq; altius iræ
M auritio ſurgunt ductori, vt feruere cædes

A lberto graſſante videt, nec fine teneri.
E t iam ſumma procul templorum culmina fumant
A d Mæni tractus, diſiectæ funditus vrbes
I ntereunt, ſuperant cœdes, ſæuæq́ rapinæ,
N ec pietas mouet, aut dulces circum vbera matrum
P endentes nati, ferus omnia corripit ignis.
E t iam fata eadem Myſorum rura propinqua
C ontigerant: ruit ecce animis Mauortius heros
S ubſidio patriæ, celeriq́ occurrit opum vi
S axoniæ in campis, & victum ſtrage cruenta
I mpulerat dare terga fugæ: Cùm plumbea cannis
G lans expulſa cauis mediam ictu traijcit aluum
T ransadigens coſtas, & candida pectora rumpit,
I ncertum qua pulſa manu, quo turbine adacta,
N ec ſe Mauritij iactauit vulnere quiſquam,
I mpleuitq́ ſinum cruor, & reſoluta viciſſim
A d ſuperos anima euaſit, corpuſq́ reliquit
I n te nixa fide bone Chriſte, tuoq́ cruori.
O ccidis heu, Geticæ quem non potuêre phalanges
S ternere, quanquam actis inſtarent vndiq́ telis.
H eu pietas, heu recta fides, ſic magne iacebis
F los veterum, virtuſq́ Ducum? te Teutona tellus
A breptum heu nimium fatis crudelibus orbi
S uſpirat gemitu ingenti: te deinde requiret
I ſter, & in patrijs qui currit finibus Albis
B arbara cum moto conſpexerit arma furore
S æuitia horrenda nullo prohibente vagari.

Non

N on ille immanes Moſcos impunè tuliſſet,
N on aditus tales aperire ad limina noſtra,
M oliriúe Papam tanto conamine tantas
I nſidias actis conuentibus: Hei mihi quantum
G allia præſidium, & quantum Germania perdis.
Nos verò hæc ſeros grati referemus ad annos
F actaq; virtutemq; Ducis, quem lumine caſſum
A d vada Mæandri laudant, & Caſpia ſtagna:
M iratur Latium indignans, nomenq; peroſum
Q uanquam, ſi tantum Romanæ parcere ſedi
A uſus, nec Capiti inſultans tot damna dediſſet.
I pſa etiam ad nomen ſuſpirat Pannonis ora
D efenſore carens, defenſoremq; requirens
M æſta ſuum: Nec grata ſatis Germania tantis
P ro meritis, ſedet in tenebris, exuta nitore,
N on famæ memor antiquæ, non laudis auitæ:
O derunt viuum, nunc caſſum luce requirunt.
A t tu nate Dei, regnis tu ſuffice tandem
P ræſtantes virtute Duces, qui ſancta tuentur
I ura tua in terris, & vinci neſcia præbe
P ectora: ſint aliqui cœtus te ritè colentum,
E t tua per populos oracla immota ſonantum,
D um redeas orbi, viuoſq; & luce carentes
C oncilio coges, vitamq; & crimina diſces.

SYNODVS AVIVM DEPINGENS MISERAM FAciem Eccleſiæ, propter certamina quorũdam qui de Primatu contendunt, cum oppreſſione rectè meritorum.

E X quo Cygnus ouans flauẽtis ad Albidos oram
Clauderet emeritos fatorum numine curſus,
V itaq; cum cantu finita volaret ad auras:
C ontinuò viſum eſt auibus cantare peritis
C ogere conuentum, vacuis vt ſorte reponant
S edibus artificem, cuius cenſura ſonoras
D igerat alituum linguas, qui iura vocatis
P oneret agminibus, melior qui carminis autor
I nter aues dubiam poſſet diſſoluere litem.
Accingunt ſe omnes ſorti, pars aſſerit ipſum
P ortendi fatis Cuculum, lætiſq; vocari
I n regna auſpicijs, voluat quia pectore ſortes
A ugur, & aduentu tempus præcurrat apricum.
S unt quoq; qui Gallum ſuadent in ſceptra reponi
I ndice cum Petri lapſum clangore notarit
Q uando fides linguæ renuit temerata magiſtrum.
I dem etiam indicio rudibus ſolet eſſe colonis
Æ olij fratres qua nam regione ferantur.
N ec minor eſt numerus Merulam qui poſcere ſortes
I nculcant, pronoq; ferunt ſuffragia vultu.

Fallitur,

F allitur, & fallit vulgi qui pendet ab ore,
P ronum iter ad lapſus vulgi ſententia ducit.
S ed volucres quarum melior ſententia menti,
M anſuetæ volucres, operam quæ nempe canoris
V ocibus impendunt, vno omnes ore loquentes
V ota ferunt Philomela tibi, tibi pectore toto
G ratantur venienti omnes, dominamq́ ſalutant,
C ui Deus & Muſæ blandas in carmine vires
S uffecêre, fugant curas homineſq́ feraſq́,
I lla canit, plauſu cordis ſalit abdita vena.
N on illam ſtimulis carpendi ſæua cupido
S uſcitat, haud roſtro metuenda ac vnguibus vncis,
S ola auium ſummæ non horret acumine linguæ.
D umq́ in confeſſu primo ſors cæca vagatur,
A tq́ animos nunc huc celeres, nunc diuidit illuc,
E xtemplò ſe quiſq́ ſuis è ſedibus aufert
I ncertus quò fata cadant, quem numina poſcant.
N ec minus hi tabulæ mandant conſulta fideli,
I nq́ fori roſtro facti monumenta relinquunt.
I nterea volucres quarum data nomina ſorti
A ſtu rem ſuperant, & partibus agmina furtim
A dſciſcunt conflata ſuis, & fœdere pacto
S ollicitant, qui frena fori commiſſa gerebant.
N ec Philomela dolos agitat, nihil illa moratur
T urpia laturos ſpretis ſuffragia diuis.
P rogeniem, nidoſq́ fouet cum gente canora,
N ec ſe paſſa loco eſt Borea ſtridente mouere.

Quamuis multa piam iaciebant Saxa volucrem,
Et circum Illyrica pice nigrior horruit æther.
Sedit ouans animis, atq; in ſtatione remanſit
Laude Dei plenas iactans adſidera voces.
Circum Prata volat riuis quæ ſemper ab albis
Sparguntur, pingueſq; creant animalibus herbas.
Dumq; noui rurſum conuentus copia facta eſt,
Inſtructi ſocijs obeunt tempusq;, locumq;.
In Merulæ cauſam deſcendit in ordine primo
Turdus edax, cuius fruticans de ſtercore viſcum
Editur in ramis, ſterilisq; in tempore brumæ
Fronde micat viridi, quod non ſua ſeminat arbos.
Cognati & generis volucres ſe cœtibus addunt
Queis victum è baccis ferum dumeta miniſtrant.
Hinc Vireo tepidis noſtras qui menſibus oras
Viſit, & Arcturi rurſus ſola mutat ab ortu
Compoſuit Merulæ ſe partibus, & fora preſſit.
Mox ſe congreſſu in medium tulit æmula Pica,
Quiq; Merops maculis dorſum variatur amœnis,
Ac vlulæ, irriguam dira quæ voce quietem
Diſcutiunt, radios exoſæ lucis apertæ
Addunt ſe ſocias, atq; agmina conſcia iungunt
Criſtatæ volucri, roſtro quæ clangit, & alis
Plangit ouans alti fumoſo in culmine tigni.
Pone latus Cuculi incedunt quæ liquida ſtagna
Sectantur volucres, mergi, fulicæq; marinæ,
Autores pluuiæ, tempeſtatumq; ſonantum.

Cerni-

C ernitur hos inter Vulcani ſubdolus ales
C landeſtina ferens Cuculo ſuffragia Phœnix.
R ara auis illa quidem circum caua littora, ſæui
I mpatiensq́ maris, nec conſociabilis vlli
I mproba quæ ſoluit garritibus ora, volucri.
A ttamen adplaudit Cuculo, nec ſecius illum
I pſe ſuis plauſum facientibus excitat alis,
Q uam faber admotis qui follibus excitat ignem.
S tant contrà innumeræ volucres queîs carmina
P ræſertim Cuculo vires intendit Alauda, (*curæ,*
E t victum in dumis quæ carpere gaudet Acanthis,
A tq́ alacrem Fringilla ſonans arguta tenorem,
E t Curruca timens ingrato ex hoſpite ſtragem.
S tant obnixæ omnes Philomelam poſcere regnis,
I llam laude vehunt, præſtet quia laude canendi.
V erùm hæc non voluit ſe cœtibus addere prauis,
V idit enim Cuculum magna volitare caterua.
T um quaſſans caput hæc Coccyx ex ore profudit:
N on latet, ô volucres, Cygnum quòd fata tulerunt,
A tq́ ideo regnis ductorem poſcere ſortes
Q uem penes arbitriũ eſt, & vis & norma canendi:
C onſulite in medium, quem ſors volet, arbiter eſto.
N am vereor ſciſſam ſtudia in contraria gentem
P rædonum arripiat roſtris ne exercitus vncis.
Q uare agite ô lapſi generis reparate ruinam,
V t coëant ſtabili fatorum numine mentes:
F as etiam premere imperijs, ac addere mulctam,

O lim qui noſtras tenuatim euertere vires
C onati, & plumis inoperta relinquere membra.
Q uos ego: ſed medijs vox rupta in faucibus hæſit
C olliſu, & fœdis ſingultibus impulit auras.
I nuenti tamen interea qui pingue ſonantem
E xciperent plauſu, dum flaccida carmina ſtultus
C ollibus & ſaxis delyro narrat ab ore.
S tulta placent vulgo, ſtudijs certamina creſcunt.
P ræſertim Merula adplaudens his vocibus infit:
F as tibi me ceßiſſe loco, tibi Iupiter æquus
A nnuit imperium, tu nunc eris alter ab illo,
Q uamuis tu niger es, quamuis ſit candidus ille,
E t te vulgus amat, vulgo tua carmina curæ,
T u pueris reſponſa refers cum tempora vitæ
S citatum balbis poſcunt oracula linguis.
S is bonus ô fœlixq́, tuis, tua iura volentes
A ccipimus, nec nos Cuculo parere pigebit.
N on tulit vlterius Bubo, ſed talibus infit:
N on ô non volucres, non hoc rationibus vllis
S ors velit, à diuis meliorem poſcite mentem.
N on ô non volucres, non ſi mihi Iupiter author
S pondeat, hoc ſperem pacem contingere rege:
Q uandoquidem à nobis fatorum exquirere ſenſus
A gmina veſtra ſolent, nec vos latuiſſe putandũ eſt
Q uòd lini ſegetem præcepi auellere ſulcis
D um rudis exigua latuiſſet meßis in herba,
N e vos texta olim traherent, & abire vetarent.

Quare

Q uare agite, ac animis quæ dicam expendite veſtris:
N on Cuculum ex adyto ſortes, non plurima cœlo
M onſtra ſinunt Cuculũ gregibus dare iura volantũ.
S ors cadit in Gallum, namq; illum poſcere fata
E t reor, & monitis ſi quis locus amplius, oro.
N on ſomno indulget, ſed cum intempeſta ſilet nox,
P lumeaq; in ſyluis repetunt animalia nidos,
S cilicet & roſtrum tepidas fixere ſub alas:
C langit ad arma furens, & voce ſilentia turbat,
E t roſtro fractos ſonitus imitante tubarum
E xcubitor lucem mortalibus indicat ales.
I dem etiam pugnis aptus, nemo acrior illo
V ngue notare hoſtes, & rem decernere roſtro.
T um vocem excepit Fringilla loquentis ab ore:
O ſi non pluuiæ, nec tempeſtatibus atris
S eruiret, pennaſq; ad motum verteret auræ
G allus, quem varijs in cœlum laudibus effers.
S itq; vtinam pugnis aptus, ne turgida pulſu
S oluere labra queat: certè nemo acrior illo
A nte aciem, Solus non mille verebitur hoſtes.
S tare loco neſcit, micat eminus, & tremit altè,
E t leuior folijs quauis impellitur arua.
Q uæ nam igitur volucres, quæ vos ſententia cogit
P ræficere imperio Gallum, qui in ſorde ſolebat
S tridenti miſerum roſtro diſperdere carmen,
Q ui roſtro petit, & pedibus qui ſpargit arenam,
Q ui Cuculum non odit, amet tua carmina Galle.

Nos legimus regno volucrem, cui cura modeſtæ
Pacis erit, doctæ cui copia vocis in ore eſt.
Sed veterem repetit Coccyx in fronde tenorem,
Nec certa ratione loci, nec lege tenetur,
Nec præſens habet ille fidem, licet arbore in illa
Conſeſſu medium ſeſe tulit, ocior Euro
Turpe itèr arripuit, ſedemq́, in voce reliquit,
Et ſingultanti inuoluit nemus omne vlulatu.
Ponè ſtat, & mœſto tundit ſua pectora planctu
Suppoſitum Curruca vocans in crimen alumnum,
Et Cuculi nomen defert de cæde peracta.
Hoſpes vt hoſtis erat, generis nam funere noſtri
Ingluuiem expleuit, natoſq́, ante ora parentum
Immerſit rabidam, quod nec bene vertat, in aluum.
Me quoq́, ab inſido nil hoſpite tale timentem:
Plura locuturæ lacrimæ ſuper ora fluebant,
Subſtitit, & vocem mediam indignata repreſſit.
Excipiens Fringilla ſonum mox talia ſubdit:
Hic quoq́, cum tropico Sol vertitur in Capricorno
Vertit terga fugæ, & putri ſe occultat in aluo
Arboris, eq́; hominum aſpectu ſua ſubtrahit ora.
Hinc illi obijciunt vates pro carmine crimen,
Quòd ſalice exeſa lapſus diſcrimine vitæ
Preſſit humum, turpi fœdatus puluere vultum.
Occidit exeſa delapſus ab arbore Coccyx,
Quis poterit longos cantu nunc fallere ſoles?
Tu Philomela potes, dominam te regna tenere

Fata

Fata volunt, tibi vox, tibi ſancta modeſtia vocis,
Tu cantare potes, & reſpondere parata es.
Vidi ego, nec fallor, dum luſtro volumina iuris,
Cenſuræ exemplum flammis quæ deſtinat ipſum.
Nam ſarmenta focis poſtquam congeſſit alendis
Cultor agri, & trunci nemoris caua robora paſſim
Voluit, & hyberno iam in ſidere ſubdidit igni:
Ecce cauo latitans Cuculus ſub ſtipite, flammam
Senſit, & ardenti ſonitus emiſit in antro
Ver ratus apricum mediæ ſub frigore brumæ.
Si quis in ambiguo eſt, quantum focus ætheris igne
Diſcrepet, ille foci craſſus vapor, & leuis ignis
Ætheris inter ſe qua ſint ratione repulſa,
Et quantum hyberno tepidum ver frigore diſtet:
An volucrum norit diſcrimina ponere linguis?
Quin etiam furiæ quas ipſa è ſtirpe parentum
Induit, inceſſunt ſtimulis præcordia, vt acri
Inſudans odio Philomelæ barbarus inſtet.
Illa canit, ſtrepit oppoſito rudis agmine Coccyx
Certandi ſtudio, crudoq; fatiſcit hiatu,
Quo morſu appetijt manſuetas prædo volucres.
Quod ſupereſt, quoniam cœtu conuenimus illo,
Non raucas inflare tubas, ſed dicere verſus:
Tum miſſum facite ô proceres genus omne volucrum
Quod curuo increpitat roſtro, ſtrepitumq; retuſum
Mittit, & offendit dîris ſtridoribus aures:
Heu valeant omnes, genij qui iura canore

Inuer-

I nuertunt ficto, peregriniſq; æmula linguis
S oluere roſtra ſtudent, hominumq; illudere voci,
V t Merula, & nigris velata Monedula pennis,
P icaq; quæ varias emittit ſtridula voces,
E t pictæ volucres rutilis in tergore guttis.
Occinit his contrà ferali carmine Bubo:
H æc Fringilla tibi potior ſententia viſa eſt
F orſitan, & proprio ſic digeris omnia ſolus
A rbitrio, & cantu tua guttura ſoluis equeſtri,
C redimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.
C ui Fringilla refert; ô narrans plurima Bubo,
G raijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
M uſa loqui, & vocum iuſsit diſcrimina noſſe,
E t ſuaues auium cantus diſcernere ſenſu
A Cuculi ſtrepitu, Coruorum à carmine craſſo,
A Galli crepitu, & Picæ ſtridore loquacis.
I dcircò reſonam quia poſcunt fata volucrem:
D ebentur meritò Philomelæ ſceptra canoræ.
N ec me quiſquam adiget vocem mutare, piumq;
C onſilij fœdus, dum ſpiritus hos reget artus.
Annuit, & partes aſſenſibus implet Acanthis,
T andem pauca refert: ego te, quæ dulcia grato
O ra ſono ſoluis, nunquàm Philomela negabo
P romeritam, nec me mea carmina ab ore pigebit
C ompoſuiſſe tuo, nec Muſis gratior vlla eſt
Q uam ſibi ſi qua tuum præſcripſit pagina nomen.

T um ſic intuens criſtas excepit Alauda:
I dem animus nobis, nec erit qui tendere contrà
I ure queat, ſacraſq; infectum reddere ſortes.
S citis aues, ſcitis quòd idem mihi nomen & omen.
E t me iam pridem vates à laude vocarunt,
N ec mihi iam ſubeat nomen mutare vel omen.
E rgo ego laude veham gratis hominéſq; deoſq;
P er liquidos auræ tractus cum carmine tendens.
D umq; cano, pulſæ referunt ad ſidera Valles,
E t linguam ſoluo ſupra caput arua colentum
Q ua ſoleo curas animis auertere mœſtis,
H uic volucri acceptũ, ſi quid mea carmina poſſunt,
E t ferimus, votiſq; illam hæc in regna vocamus.
S ic ait: & miſſo rurſus velut ante Senatu
T ollunt ſe volucres celeri ſuper aëra lapſu,
N am ſors euentu congreſſum luſit inani.
G rammatici certant, & adhuc: velut aſpera verſis
F latibus ambigui committunt prælia venti.
C arpendi ſtudio paulatim longius itur.
I amq; in procinctu Cuculus per teſqua volutus
E rrat inops animi, & putri ſe condit in antro,
Q ualis ſæpe rubis latuit nocturnus abactor
Q ui pecudum numeros minuit, feſſoſq; viantes
A tergò ſuperans lethalibus obruit armis.
C umq; nouum vegetis reparabat flatibus orbem
V erna dies, denſo ſpargens rus omne virore,
E t tepidam volucres mulcentes cantibus auram

S igna dabant: Cuculus plumis petit arua renatis,
A tq; rudes fœtus Currucæ in tecta reponit,
E t morſu violans parua bibit oua parentis:
C umq; infirma parens intenſo ardore recluſit
A mbiguam prolem toto quæ vertice ſupra eſt:
E n rabie paſtus ventrem ſtimulante, tenellis
P ræripuit victum natis, dehinc vertere morſus
E xiguam in matrem penuria adegit edendi.
E cce autem Philomela tuos poſtquàm hauſit vterq;
C oncentus, & vox offenſa reſultat in aurem:
H is ſuper accenſi confuſa mente ruebant
I n fremitus, quianam cantus exoſa ſtrepentes
G ens auium docto Philomelæ ex ore pependit.
Q uapropter volucres iam rurſus in agmina cogi
E dicto iubet, hæ cœtu ſubière frequenti,
E t Cuculum tentant placidæ ſociare volucri,
A ut, quod fata prius conuertant omen in ipſas,
S eu vi, ſiue dolis Philomelam abſumere certum eſt.
S enſit enim ſe ignominiam pro laude referre,
S eq; pati turpem ſpreta cum voce repulſam,
C armina dum ſanas Philomela ſonaret ad aures.
I d metuens, trahit in partes qui pacis iniquæ
I mponat leges, & pectora fœdere iungat,
A tq; huius fidei res componenda relicta eſt.
E t quia felle caret cauſſa eſt commiſſa columbæ,
S æpe vicem fidi quando curſoris obiuit:
N uncia quæ quondam ramum frondentis oliuæ

Ore

O re vehens, ſpecimen dilapſæ præbuit vnda:
S ed renuit, duramq́ vicem verſare recuſat
N on operam impendens vllam non æqua roganti.
A ntra colo, & teneros labor eſt educere fœtus,
N on noſtrum inter vos tantas componere lites,
M ecum habito, & vitæ curſum ſine fraude peregi.
S ed ſi tantus amor paci ſubmittere mentes,
E n adſum, tuaq́ en vltrò mandata faceſſam,
N eu me alias tanto exponat mens læua periclo
V t vellem diræ gentis penetrare latebras,
E t Cuculi præſens audire & reddere voces:
N on bene cum placidis immitia corda cohærent.
E t ſi ritè memor maiorum exempla reuoluo,
S ueuit in Accipitris Cuculus migrare figuram,
V t quondam exuuijs Erucæ blatta creatur,
C rines, non animum mutat lupus intus auarum.
H æc vbi dicta, vouent furiarum in iura columbam,
E t numero excludunt hei plana & ſana locutam.
I amq́ iterum ſors miſſa cadit, teq́ Iſpida Coccyx
A diunctam Merulis quæ liquida ſtagna frequentant
I re iubet, tabulis inſtructam ac arte Pelaſga.
P auca ſed huic Philomela refert, quia verna ſubibāt
T empora, cum dulcem ſub apertis ætheris oris
F underet illa ſonum, carmenq́ referret ad auras.
P arua mihi vox eſt, parui ſine viribus artus,
I n ſtatione mea mandato munere fungor
O ra Dei iuſſu ſoluens, teneramq́ laboro

Progeni-

P rogeniem antiqua ſub relligione tueri,
Q uæ potui feci, commiſi cætera Chriſto.
S ed paßim tot monſtra fero, obſcænæq; volucres
I ntentant mortem, nec quæ ſit cauſa videmus,
O mnibus inuiſi vitales carpimus auras.
S æpè mihi ſcrobibus fraudes poſuêre cauatis,
S æpe ſub exitium dapibus traxêre repoſtis.
S ed Deus eſt cui grata cano, ſortemq; laboris
I mpendo, & teneros educo in regna nepotes,
I lle meas ſuperare preces, vt cernis, & ipſum
L udere quæ poteram ſyluis permiſit amœnis,
I lle tegit iuſtos, illi mea carmina curæ.
N on mihi cum Cuculis in fœdere gratia conſtat,
N ec mea ad immanes inflectam guttura voces,
I pſi more ſuo feriant clangoribus auram,
A t mihi tranquillæ placeant ante omnia Muſæ.
O mihi quàm tumulo tum molliter oſſa quieſcant,
S i purum pietatis opus, pacemq; relinquo.
V is ergo inter nos quid poßit vterq; vicißim,
E damus ſpecimen, per me mora non erit vlla,
I ncipiat, finemq; exacto carmine tangat.
H æc contra Cuculo retulit mandata volucris
S ingultum in dumis ſolito de more canenti.
T um ſe quiſq; fori rurſum è ſtatione mouebat:
F ata obſtant, vireſq; negant in cœpta ſecundas.
S ed quid agunt? illis nil linquere ſuaſit inauſum
S eu dolus aut virtus, nam tanti in fœderis ictu

N on operæ partit Trochilus, qui prouidus auræ
I mpendere niuem Cuculi quæ cantibus obſtet
S enſit, & hinc voluens ſua membra, iterumq́ reuol-
O ra volubilibus contorquet ſtridula cannis, (uens
T inituſq́ ciet lenes, ceu quando magiſter
T orquet agens circum luteas vertigine teſtas
L euorem inducens ſpeculi de more nitentis.
A q́ his, atq́ alijs innoxia cantibus ales
T unditur, & voces diras tractabilis audit,
M ens tranquilla manet, non vllis illa mouetur
I ctibus, haud auium fora, nec rabida ora moratur.
E t iam finis erat, poſtquam ſententia lata eſt,
Q uæ volucres cantus pro roſtri fingere ſorte
I mperat, vt fiſsis didicerunt carmina linguis.
S int vice ſuggeſti Coruo crudelia tigna
F urcarum, atq́ illic generi det iura rapaci.
S tridula porticibus iactet ſe Noctua vaſtis,
P lauſtra premat Gallus ſpolijs armata cruentis,
A ut vbi cortis aues fœtus in cratibus edunt.
S ed ſedem in tilia teneat Fringilla virenti,
Æ riferis Caſsita iugis, Philomela ſub albis
M ontibus, in viridi ſaltu cantillet Acanthis:
D onec tempus erit quo corruat ardua cœli
M achina, complexuq́ premat genus omne volantum.

NOn tantũ veteres Cumas,patriamq́ Sybillæ
S ubdolus ignoto ſub tegmine luſit Aſellus
M agnanimi germen mentitus,& ora Leonis:
Q uin etiam noſtris illuſerit aduena terris
I llyriam fugiens, quo non ſceleratior vllus
T urbauit mentes hominum,monſtroq́ fefellit.
C redo equidem, neq́ vana fides,genus eſſe nefandum
S emihominis Fauni, nam luſtris horrida mater
N ec noſtri generis,nec ſanguinis ædidit illum
L urida ſetoſis immulgens vbera labris.
Q ui genus, vnde domo? quæue huc fiducia adegit
I gnotas tentare vias? tune illa piorum
P eſtis, & ira Deûm ſtygijs caput exeris vndis,
G ermanos vt agros conſortibus aduena Turcis
P roditione potens aperires, & nece noſtra
I ngluuiem immundam iam tum ſaturatus abires?
H oc ipſum ſtruit,& ducibus per iurgia mixtis
C onuectare iuuat prædas, & viuere raptim
Q uæſitis terraq́,mariq́ in crimine multo.
I lle vbi iam longis tenuit clamoribus aures
O s, humeroſq́ Aſino ſimilis,vocemq́ malignam:
S enſit iam vulgi variare labentia corda
D um non mirantur, velut antè,inſueta rudentem:
E rgo aulam penetrans ſeſe magnatibus vltrò
O btulerat,fidens animi, Vatemq́ profeſſus
C armine qui amiſſas res ferre in priſtina poſſit

Mitiũ

Mitis vt in ſolido rurſus fortuna reponat.
Hic tum multiplici proceres ſermone replebat
Arduus, & pariter facta, atq; infecta ferebat.
At verò ducibus præſtans ea cauſa videri
Iamdudum, & vario miſceri pectora motu,
Qui vatem egregium (heu faciles) ſpe muneris huius
Perſona meliore tegunt, habitumq; verendum
Aurito inijciunt pecori, & de viſcere tractas
Dant ferre exuuias, horrendiq; ora Leonis.
Ergo humeris tegmen geſtans immane Leonis
Terribili impexum ſeta cum dentibus albis
Emicat, effunditq; iubas per colla, per armos,
Et ſi non alium latè iactaret ab ore
Clamorem, & ſtultas in longum ſubrigat aures,
Forſitan ignaris eſſet Leo, ſed ſua prodit
Vox aſinum, longæq; aures, demiſſaq; forma
Suppliciter terris, & atrox ſine viribus ira.
Quid canit hic noſtras infælix omen ad aures
Armatus furijs? me me duce pellite monſtrum
Sepibus hoc veſtris, ſudibuſue agitate præuſtis
Paſtores miſeri, quos improbus aduena vinclis
Territat, & teneros cantando faſcinat agnos.
Nec longùm petet ille fugam celer, & volet vltrò
Illyricos penetrare ſinus, patriaſq; latebras.
Nam quos te delyrum animal ſeruamus ad vſus?
Quàm peſtem occultã ſub tecta recepimus, & quàm
Inuiſum gremio male cauti fouimus anguem.

Quin profugum iniectis per colla includite nodis,
Atq; malum vlterius prohibete impunè vagari
(ſæpè mora exitio eſt) ne pars ſincera trahatur.
Aut in piſtrinum dabimus quâ verſat Aſellus
Noba tuus Cererem veteris pro crimine facti,
Dum pedibus tabulas ferit, & Dijs debita vota
Impedit aſſultu, rumpitq; ſilentia voce.
Aut monſtrum infœlix ſacratas ſiſtite ad aras;
Et rubris iugulis pigrum libate cruorem,
Ni lex ſacrorum vetet, atq; hunc abdicet aris,
Tunſa iubens fracta ceruice reſoluere colla.
Aut vos, quòd potius reor, & dij numine firment,
Cæſa per integram diſſoluite viſcera pellem.
Vox rata fit, nudant direptis pellibus artus,
Et fragilem tonſis villis imitata papyrum
Pellis adhuc animi ſeruat monumenta prioris
Heu diris inſcripta notis, volitatq; per ora
Viua virûm, & monſtris Germanas territat vrbes
Ponè latus facibus cincta, & ſerpentibus atris.
Res abit in riſum, cauſam breue carmen habebat,
Ne fallâre caue quicunq; volumina diris
Plena legis, latet hîc ſub pelle leonis Aſellus.

Hortus

Oſtq̃ res hominum, totumq́ euertere mundum
P D iluuio viſum ſuperis, rapidiſq́ periret
F luctibus horrendùm Paradiſi nobilis hortus
A rte Dei nati pulcrum plantatus in Eden:
T um Deus, vt nati ſecum meditatus honorem
R eſpiceret, veteris compenſans damna ruinæ,
C ondidit in Libani montis radicibus hortum,
P lantis, ac alijs exornans ſuauibus herbis,
E quibus inſignes variato flore corollas
D iſponat nato, vectus cum nube coruſca
S ponſus erit, Sponſamq́ ſuo cum ſanguine tinctam,
S anguine mercatam patrio deducet Olympo,
O mnes vt ſecum ſocijs in honoribus annos
E xigat, & victos videat ſuper ignibus hoſtes.
E rgo ſuas Natura manus admouit, & hortum
E xcoluit, vireſq́ dedit ſpirantibus herbis
S iue voluptatis cuiquam, ſeu cura ſalutis.
P rincipiò citri ſuauem quæ ſpargit odorem
C ura fidelis apum ſtat humi digeſta Meliſſa.
F ama refert illo mulierem nomine dictam
I nſignem facie ante alias, quæ ſedula nutrix
G eſſit apum curam, poſtquam conceſſit ad auras
P aſtor Ariſtæus, melliſq́ oleiq́ repertor.
F ata piæ ſed apes veritæ nutricis, amantem
E xcepêre Iouem votis, quò proroget annos

Tempora maturæ concedens longa ſenectæ,
Ne fortè alueolis ſubeat iactura relictis,
Et mellis ſtudium morboq; fameq; laboret.
Annuit optatis, quòd eum puerilibus annis
Dictæo expoſitum quondam pauêre ſub antro,
Fœmineoſq; artus in olentem tranſtulit herbam:
Nunc quoq; paſcit apes, & apũ quoq; nomina ſeruat.
Huius opus proprium eſt afflictæ nubila mentis
Diſcutere, & radijs animum purgare ſerenis,
Et tremulum cordis medicando ſiſtere pulſum,
Et concepta animo vanis ſimulacra figuris
Tollere, cum bilis, ſeu cum pituita moleſta eſt.
Illa etiam obſtructas cerebri recludere valuas,
Illa facultates animæ recreare labantis,
Illa animum releuare poteſt, illa vnica morbis
Vtilis innumeris certam dat flore ſalutem.
Hæc etiam ventri quem frigus & improbus humor
Non ſinit officium dapibus præſtare coquendis,
Auxilium venit, & molli iuuat ilia flamma.
Quem canis arripuit rabioſo mordicus ore,
Cui Nepa letifero commiſit acumine virus,
Huius odorato flores perpotet Iaccho,
Aut ſaltem folijs curet lita vulnera tritis.
Crebra canum morſus res eſt nunc, crebra Neparum,
Qui ſapit hinc tutò promat medicamina paſtor.
Hanc propè texendis Libanotis commoda ſertis
Spargit odora comam tiliæ ſub fronde virentis,

Et

Et radix redolet Libani fragrantia thura.
Vtilis hæc ægris quos morbus regius angit,
Et latice humentes emendat lummis orbes.
Eſt flos exiguo referens naſturtia caule,
Vtilis affectis læſa coxendice neruis,
Seu cui mota loco coxa eſt, Iberiſq́ vocatur,
Antiquos iuxta muros, monumentaq́ ſurgens.
Herbaq́ Peucedani ſpecie non diſpar anetho
Caulem luteolo producit flore comantem.
Quorum membra graui torpent obſtructa veterno,
Naribus accipiant halantem floribus auram.
Pulmonis vitium quod viſcidus excitat humor
Auxilio leuat, & ſenibus medicatur anhelis,
Ruptaq́ continuat diuulſis vincula neruis,
Lucinæq́ graues eſt promta leuare labores,
Suffituq́ ſuo ſerpentibus officit atris.
Tu quoq́ pars horti es medicos Melilote per vſus
Exercens vires, apibus gratiſsima nutrix,
Flore Croco ſimilis, nec differt halitus illo,
Tubera qui dulci mollit flammantia ſucco,
Et leuat incenſum nocuis humoribus æſtum.
Hic tenet herba locum crucis à cognomine dicta,
Quæ cognata refert folijs & viribus herbam
Gentius Illyriæ quam rex monſtrauit in agris.
Pone ſtat Erigeron ſtomachi non ſegne leuamen
Si quis ab ingrata contraxit bile dolores.
Aſpice Gingidium vires quod ſeruat eaſdem,

Seu libet elixas herbas, ſeu ſumere crudas,
Vtile nam ſtomacho ſuccis aſtringit amaris.
Nec Caſiæ deſunt virides, maluæq́ ſalubres
Corporibus, violæq́ genus quod purpura veſtit.
Quiq́ deûm nexis exornat torquibus ora
Et tenet æternis Amaranthus nomen ab herbis,
Nec pititur cariem veſtes ſentire repoſtas.
Hic cerebro gratam diffundit Amaracus auram,
Nec tantum preſſura comas, ſed & vtilis herba
Putre quibus tumuit ſuffuſa corpus ab vnda.
Ponè comam ſpargit Meon, quod dicitur olim
Æolides Athamas primus monſtraſſe colonis,
Quod caule & folijs beneolentis conſtat anethi.
Stat vetus ad ventos fœlix munimen & im-
Valle caua conſerta Larix, quæ ſola procellis (bres
Ventorumq́ minis haud verſa, haud eruta manſit.
Perq́ hyemes ea ſola comis ſine tranſigit æuum,
Viſcida de cuius promanat ſtipite gutta
Vulnera quæ tabo mundat, mundataq́ ſanat.
Nec Tiliæ flores, nec mollis germina Crambes
Tranſierim, nec te folijs Verbena ſacratis,
Quodq́ canis rabiem contuſum ſanat Alyſſum,
Sic poſitæ quoniam ſuaues miſcetis odores.
Vidit, & inuidit nigræ Deus arbiter aulæ
Florere Elyſium Libani ſub collibus hortum,
Quo ſpirante, ſuam fruſtra fœtere Mephitim.
Hunc quia non Boreæ conuellere flabra, nec imbres

Auſint,

Auſint, nec pulcris immiſsi floribus apri,
Sed fortes latè ramos, & brachia tendens
In longum producta, virûm tot ſæcula vincat:
En vultum aſſumens mandantis ſemina ruri
Infœlix lolium, & ſtirpes conſeuit manes,
Senta ſitu quò ſe meſsis committat in auras,
Et fœdum exhalet graueolenti virus ab herba.
Pro dulci cythiſo, pro flebilibus hyacinthis
Pro marathri folijs, viridis pro germine rutæ,
Proq́; roſæ, violæq́; comis, fœlicia culta
Lappæq́; tribuliq́; tenent, & Morion herba,
Mala gerens flauis in flore ſimillima ſorbis:
Manſa tamen radix reddit rationis egentes,
Ac inopes mentis gelidæ ſub imagine mortis
Fundit humo, ſomnoq́; ligat ſine motibus artus.
Quæq́; moram curuis inducit Ononis aratris
Sparſa VIGET campis, & ramis ſpicula tendit.
Et ſata Cerbereis florent mala gramina ſpumis,
Quæ quia producunt duris in cautibus herbam,
Agreſtes aconita vocant: hæc ſtirpe retorta
Radicem inflectunt caudas imitata neparum
Pocula quæ natis ſæuæ infecère nouercæ.
Proxima lactenti ſtat Colchidos herba liquore,
Bulbus agit rimam qua flos erumpit in auras,
Sed miſeros fallit bulbi pro flore legentes,
Stultaq́; guſtantum dulci capit ora ſapore,
Mox necat arctata conſtringens guttura fauce.

S ed frutices horti in medio diffundit acutos
D ipſacus, & latè dumis horrentibus arua
O ccupat, ingentem ſpargens è ceſpite ſyluam:
V t quondam explicitis ales Iunonia pinnis
I pſa ſuas oſtentat opes, pinnaq; coruſca
S tridorem emittit cum ſigna libidinis ædit,
E t ſeſe inuoluit caudæ gemmantis amictu.
I n dorſi medio ſinubus folia ampla cauatis
A ſſeruant rorem, miſſumq; è nubibus imbrem:
H inc bibuli nomen ſitiens contraxerit herba,
Q uæ diſſecta caput raris inſecta medullis
C ontinet, hinc piſces hamo falluntur & eſca.
T u quoq; quæ mutas ter in vna luce colorem
D egeneres imitata viros, tua gramina furtim
I mmiſces hortis, & ERAS tu SARCina ruri,
T ripoliumq; vocant, reſpondent nomina facto,
V t ſæpè ominibus ductum ſtat nomen ab ipſis.
S ed quã te memorẽ quæ flore Melanthion æquãs
S ponte tua ſegetes inter dominaris & herbas?
T e licet & tellus eadem produxit & ora,
N on tamen es verum licet eſſe Me lanthion optas,
G ith tibi nomen ineſt, falſum te nomine prodis.
H oc quoq; proueniens vltrò Galeopſis in horto
C reſcit, & ingrato nares contingit odore,
V rticæ ſimilis, fœtens vrtica vocatur.
L utea Narciſſus mentitus lilia ſurgit,
H inc quoq; ſi neſcis, appellant Lirion illum

Qui

Qui bulbo vomitus ſtomacho cit inutilis ipſo.
Vrit Iſatis agros, alimentaq́ ſubtrahit herbis
Vellera cœruleo tingens infecta colore,
Ceu faber argento ductos crateras inaurat.
Et tu ſylueſtres ſpargis labruſca racemos,
Et tu non vllis antirrhinon vtile morbis
Semina quod vituli profers ſimulantia nares.
Aſphaltonq́ gerens à centum nomina nodis,
Degeneres herbæ, latè quæ rura prementes
Caulibus, humorem ſanis auertitis herbis,
Dicite quos horto tandem illuſiſtis ad vſus?
Cæditur, & flammas paſcit non vtilis arbor.
Vos ego vulneribus ſtatuens adhibere leuandis,
Fallor, & eluſa tantum profecimus arte,
Quantum qui vitrea quondam lauit Albidos vnda
Æthiopem, iuſſitq́ album traxiſſe colorem,
Ille ſed Illyrica manſit pice nigrior artus:
Qui niger eſt, nulla candorem ſumet ab arte.
Quare agite, & memori mea pectore figite dicta:
Quandoquidem egregias animas quæ nocte, dieq́
Vtilibus ſtudijs de relligione merentur
Confoditis ſpinis, & dulcis nomine ſucci
Mentibus inſeritis dirum & lethale venenum,
Perq́ domos, & templa Deûm fœtoribus auras
Inficitis, frondes non paſſæ ſtringere inanes:
Nil mihi vobiſcum eſt, nec germina veſtra videbo
Connexa in ſertis cinget queîs tempora Chriſtus:
Linquimus hæc veſtro quondam carpenda Satori,

In faſcem ſtringenda ſuæ ſub tempore meſſis.
Intereà Circe veſtro de flore liquorem
Elicit, atq; hauſtus, medicataq; pocula miſcet:
Et quibus admouit ſuccos, herbaſq; potentes,
Hos hominum è facie conuertit in ora ferarum.
Hinc ille emicuit ſus horrida: at ille caninos
Protendit rictus, voceſq; immanè rudentum
Auditæ, ac formæ magnorum vlulare luporum.
Mox alios mixtis vertens dea ſæua venenis
Fecit aues, plumaſq; dedit, maculiſq; colorum
Erucæ in morem ſparſit variabile pectus.
Hic acrem Galli ſonitum dedit, & pede cœnum
Proſubigens, victum rebus quæſiuit egenis.
Alter agit Cuculum, ſingultuq; omnia rauco
Perſonat, & ſanctas Philomelæ verberat aures.
Hic blattæ vultus, hic fauces ſumit Arachnes,
Et folia arrodit, contactuq; omnia fœdat,
Ac in apum victus, & gramina ſana Meliſſæ
Repit atrox, pedicas tendens & retia circum.
Quæ ne monſtra pij patiantur talia cœtus,
Cingunt ſe folijs Aronis ſtipite vulſis,
Antidoto verbi, quo non præſentius vllum,
Lac Euangelij quando infecêre nouercæ
Miſcentes fermenta, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac animis agit atra venena:
Vt cum congreditur grauiter ſpirantibus hydris,
Muſtela è viridi munit præcordia ruta.

EIDYLLION DE CAPTO NICETA AD RIPAS SALÆ, SINONIIS ARTIBVS FLACII ILLYRICI.

O rte ſub arborea conſedit Tytirus vmbra
F Qua placidus molles interſecat Albis arenas,
Et uolucrum cantus labentibus incitat vndis.
I ſq; vbi Nicetæ lacrymans miſerabile fatum
A udijt, & caſum nequicquam inſontis amici,
I ngemuit, quem diua tuos PhiloMela ſequentem
I nnocuum cantus, falſo ſub crimine Flaccus
T radidit inſidijs immanibus efferus armis,
T aliter indignas eſt orſus voce querelas:
P langite Salanæ mea gaudia, plangite Muſæ,
N icetus doctos inter celeberrimus unus
P aſtores quos Sala colit, quem carmine Nimphæ
D ictantem ſtupuêre deæ, Fauniq; bicornes,
A h nimium infelix, non hunc euadere morſus
(O dolor) Illyricos, viruſq; è dente receptum
A nguis Dalmatici, dum quæ perceperat antè
S altibus Albinis Philomelæ carmina dictat.
P langite Salanæ mea gaudia, plangite Muſæ,
I d decus hoc veſtrum, & quæ nunc ſolatia reſtant?

Heu

H eu miſeræ pecudes, en aſpice vt omnia mœrent,
N icetamne dolent? non tauri paſcua tangunt,
F lumina non ſitiunt, etenim ſua rura magiſtrum,
I pſa Pales etiam deſiderat, ipſe Lycæus.
P langite Salanæ mea gaudia, plangite Muſæ,
P eſtis ab Illyricis huc vſq; educta cauernis
(Paſtores arcete malum præſepibus iſtud)
S alanos deuaſtat agros, age proſpice tauris
T ytire, & infecto de flumine reijce capellas.
I nfelix ô ſemper oues pecus, ille potentes
D um tenet, & fraudi ne ſinit ſua cepta veretur,
S egregat ipſe agnos caulis, ſic lacte capellæ
F ruſtrantur, raptoſq; gemunt armenta magiſtros.
P langite Salanæ mea gaudia, plangite Nymphæ,
Q uid faciet Staphylus, faciat cum talia Flaccus
A fflictæ pecudi, ſacra quam doctus auena
A d liquidum paſtu Nicetas compulit amnem,
E t cum vidiſſet quo diceret ore, dolebat,
E t ſi non aliqua nocuiſſet, mortuus eſſet.
N on tu paſtorum viridi certamen in vmbra
A udiſti, calamos ſtruxiſti primus inertes
I n triuijs tantum nullo ſub iudice cantus
D ilacerare alios tenebris & nocte ſilenti
C onſilia effingens, quibus inter ouilia cautus
I nſidias tendis pecori, pecoriſq; magiſtris,
I mprobe conducta fallens mercede laborem,
Q ui Staphylum non odit, amet tua crimina Flacce.

Plangite

P langite Salanæ mea gaudia, plangite Muſæ.
N unc ſcio quid Flaccus cudat, non ſanguine Flaccus
E ditus humano, quem turpi ſemine natum,
D almaticiſq; iugis inuentum aſſueta rapinis
A biectum infami Tigris nutriuit in antro.
I mbibit inde ſuæ nutricis pectora Flaccus,
N on illum mouit miſerando fœmina queſtu
C olla viri complexa ſui, pulſataq; more
B arbarico, & faciem crudelibus obruta pugnis,
N on qui, cum tacita exciperet ſub nocte Menalcam,
C lamabant pueri: quò te pater optime quò te
A bripiunt? tendensq; manus captiuus inermes:
Q uò trahitis miſerum? quò fertis ſigna? quid iſtis
I mpetimur telis? tanti hæc Victoria conſtat?
N on illum caſti mouit reuerentia Cygni,
N on qui ſyluestri docuerunt ludere canna.
Q uid niſi Nicetæ Philomelæ dirus amorem
I mprobat? & laudis virtutem in crimina vertit,
C andidus hic quamuis, multumq; acceptus ouili,
Q uamuis Illyrica Flaccus pice nigrior eſſet.
P langite Salanæ mea gaudia, plangite Muſæ.
E rgo lupi comitentur oues, capreaſq; moloſſi,
E t piſces campos, cerui freta longa pererrent,
E t placido pecori fera præbeat vbera Tigris,
F laccus Prothæos vultus imitatus & artes
A mbiguum fur an paſtor, qui rura venenis
S parſit, & auratam cœlo deducere Lunam
Aggreſſus,

Aggreſſus, ſuperiſq́; recens intendere bellum.
Ille etiam proauos imis atauoſq́; ſepulcris
Excitat, & verbis agitat mendacibus vmbras.
Eheu quam ſterilis pingui grex paſcit in aruo,
Flaccus & has capras, atq́; hos mihi faſcinat agnos.
Qui pecudes agitis reſonantis ad Albidos amnem
Paſtores arcete malum præſepibus iſtud.
Flacce furor Satanæ quid ſic mendacia cordi
Sunt tibi, quid tantas fruſtra contexere fraudes,
Dumq́; ſtudes alias alijs inuoluere lites
Interea ſterili pecudes moriuntur in herba,
Perditur aſsidua gracilis rubigine canna
Qua pia cantamus Philomelæ carmina noſtræ,
Carmina diuinis docuit quæ verſibus olim
Cygnus, & Albinas iuſsit deſcribere quercus.
Plangite Salanæ mea gaudia, plangite Muſæ,
Te laudes vir docte tuæ, laudeſq́; loquentur
Paſtorum, qui Leucoreas celebrantur ad vndas.
Flaccum vel Dæmon agitet malus, hæc tibi pratis
Edimus Albinis animo ô amice fideli
Inſontem caſum miſerati, arteſq́; doloſas:
Ite domum, Flacci ſubolet dolus, ite capellæ.

Metamor-

METAMORPHOSIS FLACII ILLYRICI IN PAPISTAM.

V c etiam vini peruenimus, aduena noſtris
H *V t turbator agris miſcens odia, atq; furores*
A ſſereret, facilẽ eſſe viam cum præſule Romæ
I n fidei cauſa feriendi fœdera pacis?
A uſus quin etiam partes ambire docendi,
E t ſacros inter proceres in Cæſaris aula
A ffectare locum: quin & ſibi certa voluntas
D eficere hinc ad ſacra Papæ, quàm ſcripta probare
Q uæ ſunt Albiacas in lucem emiſſa per oras.
H æc alternanti potior ſententia viſa eſt
I nter conuiuas Flacius dum cornua ſumit,
C onſciaq; exhilarat dulci præcordia Baccho
D e rate quà nomen tenet vrbs ſita flumen ad Iſtri.
H îc malus hanc rupit vocem: tu candide Zaſi
F ortè inter mediæ poſitus conuiuia menſæ
T eſtis eris, tecumq; alij: tibi maxima rerum
V erborumq; fides, neq; fallax antè repertus.
S æpe malum hoc nobis flauũ prædixit ad Albim
G rex doctarum auium, docuit nunc exitus ingens.
D icite Pierides, ſæuo quo numine Diuûm
E xtulit os terris, quo non violentior vllus
T urbauit mentes hominum, monſtroq; fefellit?

H ei faciles animi germanæ gentis, & artis
S clauorum ignari, talin' nos credere monſtro,
C ui neq; quid veniat, pacemne huc portet, an arma,
N ec patriæ ſit certa fides, nec fama parentum.
H ic nè aſſertorem magna ſe voce ferebat
S inceræ fidei, ſolus qui aduertere fraudes
M agnatum, qui ſacra Papæ conuellere ſcriptis
I mpia, qui mutos hortari in bella Moloſſos
N e lupus inſidias meditetur ouilia circum?
N unc optat Latioſq; dolos, iniuſſaq; ſacra,
A tq; vltrò in leges ſe ſubdere pacis iniquæ.
Q uis ſubitò hanc illi mentem in contraria vertit?
N am neq; tot Proteus ſeſe in miracula rerum,
T ot ſeſe in ſpecies, horrendaq; tranſtulit ora.
H V N C primū in nido miſerans Curruca repertum
E xcepit, victuq; ingratum fouit alumnum,
C uius mox experta vngues, feraleq; carmen,
A gnouit prolem ambiguam, ſuppoſtaq; furto
P ignora, nec noſtri generis, nec ſanguinis eſſe
I mprobus ingluuiem natis dum implumibus explet.
T um demum & Cuculum manifeſta voce profeſſus
I n placidas volucres roſtro ſeſe excitat vnco,
A gmen habēs comitū, & gaudentes Marte volucres,
T erribilem criſtis Gallum, roſtroq; petentem,
L ittoreaſq; vocabat aues ad fœdera belli.
T um noctis dirum canit importunus in vmbris
S tridorem ingeminans, & ſanctas verberat aures
Luſciniæ:

L uſciniæ : Ceu noctis aues magni agminis inſtar
S i quando bellum horriſonum, morboſq; Deûm rex
I mmittit terris, & letifer ingruit annus,
P orticibus vacuis, aut alti culmine tecti
T riſte vlulant, acuuntq; metum mortalibus ægris.
H oc & tum ferus ille ſono terrere per vrbes
I nfuſum populum, & mentes turbare quietas.
D enîq; in Accipitris formam collectus & ora
(N on ignota loquor) prædam exercebat ad vndas
S ala tuas, doctasq; auium diuellere pennas
A uſus, non meritas inopina intruſit ad antra,
D um Cuculi eſt odio ſonus, hic vt ſæpe ſolebat
F urtiva miſerum ſtipula diſperdere carmen.
E t ni fata Deûm ſuperent, crudelis hianti
C onficiat roſtro, pedibuſq; euiſceret vncis.
M ulta Deus, variuſq; dies mutabilis aulæ
R ettulit in melius, multis alterna viciſſim
F ulſit, & ad ſolitos euexit gratia honores.
T u nido excuſſus nunc Galli immunda fimeta
I ncolis, & quas tu pedicis impure tenebas
H æ nunc emiſſæ vacuas abière per auras
I nnocuæ volucres, nec iam meminêre reuerti.
H icne ille eſt Cuculi letalis ab arbore lapſus
Q uem toties pueri, toties cecinêre volucres
Q uando in concilium cœtu ſubière frequenti.
E rgo vbi tot fruſtra tentaſti lubricus artes,
N ec tibi ſiuerunt Parcæ res cedere : ibi expes

C aſtra Papæ, & tutos quæris fugitiue receptus,
Q uandoquidē hæc tibi ſola ſuper fortuna laborū eſt.
S ed neq́; Tartareis Furiæ peperè ſub antris
T am varia monſtrum ludens in imagine formæ,
C or, habitumq́; gerens Monachi, vultumq́; reflexum,
C ui tunicæ manicas, & habent redimicula mytræ,
E t calcem tenus ex humeris velamina pendent.
O re refert Cuculum, nudo ſed vertice Cirin,
B rachiaq́; in celeres abierunt protinus alas,
N odoſiq́; pedum digiti, nodoſaq́; crura,
A ccipitris rapidos ſe contraxere ſub vngues.
O celer Aſſyriæ venator limite Nimroth
H uc flexos contende arcus, teloq́; volanti
I nſequere hoc monſtrum, nugarū & fraudis abundè
O ra, pedeſq́; ambos valuis ſuffige domorum, (eſt,
P ræciſaſq́; alas galeæ pro vertice tende,
V ulturibus verò craſſum farragine corpus
P roijce, & immundi rapiant ſine viſcera corui.

IDYLLION DE PHI-
LOMELA.

Er erat, & lenē meditans ſpaciabar ad Albim,
V O re facit dulces qua PhiloMela ſonos.
Q uæ quantū reliquis præſtat moderamine vo-
R eſpectu reliquis tam ſolet eſſe minor. (cis

Hæc

Hæc ſedet inſomnem cantu ſolata laborem,
Laudat & in ramo grata virente Deum.
Vtq́, animum cœpit vocis mulcere venuſtas,
Miror & argutos & ſine felle ſonos:
En ſtrepitum roſtro turpes fecêre volucres,
Et ſtomachum mouit ſtridula turba meum.
Hanc vagus infeſtat Cuculus certamine linguæ
Fundens delyris flaccida turba modis.
Huius ſpuma ſolet raucas generare cicadas
Cum folia immundis polluit ipſe notis.
Iungit ſe comitem ſtridenti carmine Gallus,
Turbatrix placidæ nempe quietis auis.
Et procul innocuum pennis ſe tollit in hoſtem,
Arteq́, cum nequeat, Marte nocere cupit.
Hinc immunda ſuas quoq́, conſerit Vpupa vires,
Vpupa ſtercoribus ſemper odora ſuis.
Hinc Merula impellit calidas in iurgia mentes
Pectore nigra ſuo, voce ſuperba ſua.
Tu quoq́, voce furens clangorem mittis Oſyna,
Conſita quæ multo piſce fluenta colis.
Quem mihi ſpes fuerat pacis ſarcire ruinam
Conſuit in rixas fragmina trita nouas.
Improbus Agricolæ fumoſo Grillus in antro
Hanc quoq́, ſtridenti voce laceſſit auem.
Nec Philomela ſuæ differt modulamina linguæ,
Sed ſpargit vario nuntia læta ſono.
Ac aduerſa pio vincit mala corde ferendo,
Pacis amans vulgo iudice ſpretus erit.

T alia dum terno peragi ſpectacula cantu
A lloquor: ô volucris quæ mihi ſola places:
Q uas tibi, quas tali reddam pro carmine grates?
A ſcrobe conſeruent Dij tua membra diu.
T e ſemper mea vita ſequar, tibi luce canenti
T endimus has aures, cætera turba vale.
Q uem tua non captum mira vox detinet arte,
H uic Cuculi numeret tempora longa ſonus.
T empus erit rabidum quando Canis excitat æſtum,
T unc metuens ignem cortice membra teget.
S tulta leues capiunt animos, ſua cuiq; libido eſt,
V trem pro cithara gaudet habere Midas.

ASINVS NOHÆ.

Ruta vetus Noë cum clauſa teneret in arca
B Impius vltrici dum perit orbis aqua:
T unc vocat in cœtum ſolenni luce clientes,
E t de virgineo ſemine verba facit.
L apſa memor ſortis ſignabat tempora gallus,
V nde locum in fani culmine gallus habet.
G rusq; tubæ ſpecimen roſtro præſtabat adunco,
H inc Moſes reſono finxit ab ære tubas.
C um tamen omne genus denſo ſubit atria cœtu,
E ſt Aſinus ſacro iuſſus adeſſe loco.
A dfuit, & tabulas caua contudit vngula textas
S acra pedum ſtrepitu verba ſonante premens.

Arguit,

A rguit, & pilis Erinacius impulit hirtis,
I nde canes huius pellis ab æde fugat.
D um modus omnis abeſt, dum voce ſilentia turbat,
E t pede non ſano robora texta ferit:
T andem Noha refert, ſi nulla modeſtia cordi eſt,
S it ſtatio templi publica clauſa tibi.
E t poſtquam in ſicco mundum fortuna reponet,
S tridula piſtrini tecta colenda dabo:
Q uâ Ceres aſſiduo lapidum decurrit ab ictu,
E t ſtrepit impulſis vnda ſonora rotis.
H inc primos aſini fœtus lex abdicat aris,
T unſaq; ceruicis frangere membra iubet.
N amq; aſinos ſacra Deus arcet ab æde petulcos
I mpediunt ſtrepitu qui pia vota ſuo.
Q uis neget hunc aſinum migraſſe in pectora Flacij,
Q ui ſtrepit, & ſacro limine calce ferit.
E cce rudens aſinus Nohæ patientis ad aures
D ulcis Euangelij iam labefactat opus:
I ndice quo ſolo peccatum innotuit orbi...
Q uod veram in Chriſto neſcit habere fidem.
A dde quòd illius premeret ſi terga Redemtor,
A lter quem Solyma vexit aſellus humo:
H ic tergo excuſſum pedibus violare pararet,
D um λόγον è cœli trudere ſede cupit.
M orte dabis pœnas autor clamoris inepti,
Cùm dat Noha preces, tu maledicta refers.
C ùm Domino cantat ſacras Eccleſia laudes,
T u crepitu ventris murmura fœda moues.

ASINVS NOHÆ.

Sis aſinus, quicunq; aſini clamore teneris,
Iudicio vulgi ne capiare caue.

IDYLLION DE CHASSIDDA.

Illa ego ſum volucris fundo quæ paſcor herili
Parua, ſed in nidis officioſa meis.
Cum pare quā ſeptē dederāt mihi numina fœtus,
Mox tamen & pullos dum parit illa perit.
Teutona gens nomen mihi fecit ab arte docendi
Quòd mihi commiſſas inſtruo mitis aues.
Quòdq; leuo pennas MaIo Ridente ſub auras,
Veris & æterni voce ſaluto dies:
Hinc à laude mihi nomen poſuêre Latini,
Nec benè de ſæua caſſide nomen ineſt.
Non ego ſum galeæ, nec habendis vtilis armis,
Nec mea ſunt curuis æmula roſtra tubis.
Olim me rapidus tela inter Martia ventus
Flauit, & hoc mœſto nunc quoq; corde gemo.
Bella gerant volucres ad bella ferocia natæ,
Cum placidis auibus laudet Alauda Deum.
Nam referunt noſtras etiam ſeruaſſe volucres
Quæ ſapiens illis nomina fecit Adam:
Nunc quoq; quæ noſtris tribuit ſacra lingua propin-
Quos benè de ſtorgis Teutona lingua vocat. (quis

H inc Chaſidda vocor, laudem quòd grata rependẽs
V ota Creatori debita reddo meo.
C haſiddam perhibent tumulum ſtruxiſſe parenti
H ic vbi nunc ſummo vertice criſta tumet:
P ingitur vt tergo geſtare Ciconia patrem,
V t moneat natos de pietate rudes.
E t mihi cum data ſit gratæ pietatis imago,
Q uæſo mihi priſcum reddite nomen aues.
N am rectè meritos memori ſub vertice geſto,
N ata docere homines, nata ſonare Deum.
N unc quoq; tutelam Philomelæ grata rependo
Q uæ mea formauit dulcibus ora ſonis.
O ſi ſenſa animi valeam committere chartis,
C armen & in tabulas ipſa referre meum:
I n Libano cygni pennas, Niloq; papyrum
C olligerem, latices vel nigra terra daret.
D ij volucres ſeruate pias quæ pectora mulcent
C antibus, ac odium pro pietate ferunt:
N e fera gens auium crudos exerceat vngues,
A ut turbet ſtrepitu carmina docta ſuo.
Q ualis auis glauco pennas quæ ſparſa colore
A d digiti nutum vertere colla ſolet.
N am quia contorquet collum vertiginis inſtar,
N omen ab aucupibus ſtulta recepit auis.
A ſt ego cum pullis Philomelam laudibus orno,
S ic mihi Chaſiddæ nomen & omen ineſt.

ELEGIA DE STA-
PHYLO.

σταφυλὶς σταφὶς ἔσται, καὶ ῥόδον ἄυον ὀλεῖται

A E t róſa mane viget, marcida nocte cad it.
V idi ego ceu lauri germen florere malignum,
P ræteriens paruo tempore quæro, fuit.
S ic etſi celebri florere videris in aula
O Staphyle, & Cynici dogmata falſa feris:
D iraq; nunc ſanctis Chriſti minitaris alumnis,
E t furijs imples corda aliena tuis:
I nde tamen victus diuina voce iacebis,
C rudeles obitus impius omnis habet.
I gnea marcentem te numinis obruet ira,
V t perit à Solis victa calore roſa.
A n non à magno qui nomen habebat Iulo
F loruit, & læſit viq; doliſq; pios?
F loruit, & cauſa tandem deuictus & armis
D um iacet, & ſparſus vulnere ſanguis abit:
V iciſti Galilæe refert, ſimul iuit ad Orcum
V mbra gemens, pœnas & ſine fine luit.
I lle domum bello rediturus funera vouit,
S ed perit, & bello non redit ille domum.
Q ui dicunt aliter veri quam conſcia mens eſt,
A ccerſunt furias in ſua fata graues.
S ic crepuit tigno dum rumpitur ilia Iudas,
P œna venit grauior quo mage ſera venit.

Aſpice

ELEGIA DE STAPHYLO.

A ſpice mugitu Latomum ſub morte fatentem
Se quoq; iuſtorum ſanguinis eſſe reum.
Tu quoq; qui flores, fato marcebis acerbo,
Succeſſum impietas neſcit habere diu.
Sed nos Chriſte doce, vireſq; vocantibus adde,
Floreat æterno nomen honore tuum.

EPICEDION REVERENDI

viri Iuſti Menij, qui fideliter rexit Eccleſiam DEI in Turingia amplius triginta annis, & poſtea in inclyta vrbe Lipſia Euangelium docuit, vbi mortuus eſt Anno 1558. die 12. Auguſti.

I Deus humanas mentes vult ſorte moueri
S *Vt noſcant cauſas, auxiliumq; petant:*
Huc fer Muſa pedes, Iuſto dum iuſta paramus,
Nam pius eſt hominum fata dolere dolor.
Ergo Iuſte iaces? ſed non tua fama iacebit,
In memori ſemper pectore iuſtus erit.
Eſt locus ad Fuldam ſtudijs vbi tecta dicauit
Carolus, è geſtis nomina magna tenens:
Sæpius in rutilis pugnæ quà deditus armis
Soluit Ieſſæis ora canora modis.
Vrbs ibi ſtat primas hauſit qua Menius auras,
Stirpsq; fuit patriæ non inhoneſta domus.

H ic placidos hauſit mores, curaq́ parentum
I uit ad inſignes vrbis ab arte viros.
I amq́ rudi puero cœleſtia ſacra placebant,
E t linguæ ſtudijs tempora grata dabat.
V t tamen è veris hauriret fontibus artes,
T yrigetum ſubijt culta Lycæa ſcholæ.
I llic Heſſe tibi deuotas præbuit aures,
D um formas Latijs agmina parua ſonis:
A uſpice qui Muſa chordis aptare Latinis
A uſus es Iſaidæ carmina ſacra ſenis.
N ec minus ille tuo Ioachime pependit ab ore,
D um facis Argolico verba diſerta ſono:
A udiat in Graias linguam te ſoluere voces,
T unc ciuem dicet Cecropis ora ſuum.
D etinuit Langus præceptis illius aures,
C œlica qui Chriſti verba profeßus erat.
I amq́ ſolum mutans flauum conceßit ad Albim
E t Graio & Solymo Menius ore potens.
H ic ſua progreſſum faciens induſtria linguis
V ſa eſt præceptis docte Lutere tuis:
D um Sol æthereum bis circumuoluitur orbem,
D um bis flore viret, bis niue candet humus.
S ed poſt agreſtûm motus, Saxonicus Heros
C oncordes fidei iußit vt eſſe ſonos:
Menius in partes venit, iunctuſq́ Philippo,
E t Myconi conſors, vtile iuuit opus.
H is mandata fuit templorum inſpectio, clari
H ic vbi Tyrigetæ pinguia rura colunt.

Hinc

H inc ſol terdenos dum curſibus exigit annos,
  F unctus Apoſtolicæ munere ſortis erat.
E t calamo, viuiſq; ſonis ante agmina Chriſti
  P romouit ſanctum relligionis opus.
F raudis & autores doctrinæ luce refellit,
  E t ueri aſſeruit dogmata vera Dei.
S æpè uiro ſtrages intentauère cruentas:
  H ei quantum vera eſt in pietate crucis.
Q uiſquis amat Chriſtū ſubeat mala multa neceſſe eſt,
  H ic odia, aſt illic præmia iuſtus habet.
S ed non qua poſitus fuit è ſtatione receſſit,
  N e ſæuis aditum panderet ipſe lupis.
I lle ſub arbitrium reuocauit ſenſa docentum,
  I n pacto lites compoſuitq; thoro.
D ebita defendit ſacræ ſtipis æra miniſtris
  V t foueant victu ſeq; ſuasq; domos.
E rgo etiam tibi poſt reditum iuſtiſſime princeps
  P ro meritis carus Ian Friderice fuit.
S ed poſt fata Ducis merces huic reddita talis,
  Q ualis Ariſtidæ, Miltiadæq; fuit.
O ptime Romulidum patriæ tutela Camille,
  Q uid tibi pro meritis quàm fuga triſtis erat?
T alis & his exul ſeceſſit Menius oris,
  D octrinæ precium triſte magiſter habet.
E xcipit hunc Philyræ tellus addicta Camœnis,
  M unus vt in ſacra ſede docentis agat.
H ic tibi Sclaue ſuis iniecit frena libellis
  Q ui niger Illyrica de pice nomen habes.

Matris,

Matris, vt emergat, corrodit vipera fauces,
Quis non cognatum te putet eſſe genus.
Ipſe ſcolæ præſes fidi qui ſorte parentis
Fungitur, haud rabido tutus ab ore fuit.
Hunc morſu violas vt tutò emergere poſſis,
Prætexens ſceleri ſplendida verba tuo.
At te digna tuis pro factis pœna ſequetur,
Lenta eſt, ſed tantò grandior ira Dei.
Sed iam compleuit Menius ſua fata, nec vltrà
Suſtinet à lingua ſpicula dira tua.
Ergo ſigna damus tali doctore dolore
Orbatam Philyræ, Leucoreæq; ſcolam.
Tu lætus ſuperûm conſpectu Iuſte potiris,
Effugiunt curas inferiora tuas.
Ipſe animam cœlo, nobis tua ſcripta relinquis,
Sic igitur duplici parte ſuperſtes eris.
Fœlices quicunq; Dei præcepta ſecuti
In Chriſti claudunt fata ſuprema fide.

ELEGIA FVNEBRIS.

Vlueris ex maſſa Deus vt formauit ...
P *Sic in humum triſti labe ſolutu...*
Mortis eram viuus, moriens a...
Dum videt in mortem ...

V ita mihi melior iam pro peiore reperta eſt,
    N am dum funus ago, nobile funus ago.
V tq́; opifex cinerem cum granis miſcet arenæ,
    E t vitreum turpi puluere fingit opus:
S ic Deus hos cineres in lucida corpora vertet,
    Q uæ certent radijs ſplendide Phœbe tuis.
I amq́; nouos habitus renouato in corpore ſumam,
    Q uod conforme Deo vitam agat ante Deum.
G ratia debetur Chriſto qui victima factus
    M orte ſua meruit cœlica regna mihi.
I llum ego velatum noſtra cum carne videbo,
    C arne noua indutus quando leuabo caput.
C hriſte tuo reditu mihi vita ſaluſq́; parata eſt,
    I ntereà tumulo molliter oſſa cubent.
N unc tegitur terra mœſtum & ſine honore cadauer,
    T unc vbi reſtitues omnia, pulcher ero.
V t nunc triſte mori eſt, ſic dulce reſurgere quondã,
    V ita mihi Chriſtus, mors mihi dulce lucrum.
I n terris labor eſt, requies ſed ſuauis in vrna,
    I n ſu[illegible] gaudia ſumma die.

ELEGIA IN LAVDEM CONIVGII.

C VI pia contingit diuino munere coniunx
Quã pudor, & virtus ornat, & alma fides:
I nter opes mundi dos illi maxima ceſſit,
V irgo ſatis diues ſi qua pudica ſatis.
I lla viri conſors, ea ſola & vera voluptas
Q uæ reficit ſenſus, laſſaq́; membra leuat:
I lla viro dulces probitate aſpirat honores,
I llam cum malè habet, mite leuamen habet.
H anc cupit, hanc optat, ſolam ſuſpirat in illam,
A nte oculos abſens ſemper adeſſe ſolet.
H æc fidei cultrix, & habendæ ſedula prolis
N exa Dei verbo pendet ab ore viri.
E x quo cuncta Deus Verbo viuente creaſſet,
A dam factus humo nomina cœpit homo.
I amq́; ſoporato cum carne & ſanguine coſtam
E xerit, ac Euam nobile condit opus.
N uda fuit, ſed erat donis ornata Deorum,
C ulta puella nimis, caſta puella minus.
D uctor erat ſatus ipſe Deo qui pronubus Euam
C onſortem thalamo fecit Adame tuo.
H anc tibi dixit habe, tibi ſeruiat orbis & æther,
Q ua poſitus fueris in ſtatione mane.
T u ſociam reuerenter habe, cui ſolus adhære,
S olus ama, & ſolam pectore ſolus habe.

Ferueat

ELEGIA.

F erueat vna caro, ſpiret mens vna duobus,
　　C reſcite fœcundo nuptaq́; virq́; thoro.
P rona Deus caſtis defigit lumina ſponſis,
　　N ec niſi legitimè corpora iuncta placent.
S ancit, & accendit flammas Spirator honeſtas,
　　C aſta volunt caſta numina mente coli.
H oc in amore potes Chriſti cognoſcere flammas,
　　A tq́; Deum vera dicere voce Patrem.
S ic operas haurire datas, vt poſcit honeſtas,
　　S ic ſeruire Deo, poſcit vt ipſe, potes.
S ic potes obſequijs animum ſubmittere iuſtis,
　　I nq́; fide victus quærere iura tui.
N ate Dei fuſo redimis qui ſanguine ſponſam,
　　E t iuſtam meritis efficis ipſe tuis:
F ac tua ſit totum fœlix Hephziba per orbem,
　　T u tege naturæ viſcera iuncta tuæ.
S uffice coniugibus vires, & cepta ſecundes,
　　P oſſit vt hinc cultor numinis ire tui.
F ac caſti maneant in relligione nepotes,
　　Bella preme, & toto ſpiret in orbe quies.

PSALMVS, DOMINE NON exaltatum eſt cor meum.

PVBLICANVS.

N On mihi cor tumidū ſummas effertur in auras
　　Summe Deus tollens infima, ſumma premens.

N et reor externa legem virtute teneri,
E t tribuo meritis præmia nulla meis.
D ebetur quia pœna meis, non gloria factis,
A nte Deum meritis nemo beatus erit.
N on oculis auſim cœli conuexa tueri,
L umina ſed figo plena pudoris humo.
N on altum ſapio, nec facta latentia ſcrutor,
S ed teneor verbo quod tua ſenſa docet.
E rgo ego contundo duris mea pectora palmis,
G loria nec ſtudijs quæritur vlla meis.
S ed mihi magna ſatis venit auſpice gloria Chriſto,
Q uòd recipit maſſam per ſua colla meam.
I u ſticiaq́, ſua mea crimina velat, & illam
N unc mihi commutans imputat, illa ſibi.
I nq́, maris fundo credentûm crimina mergit:
Q uod ſumus ac erimus gratia Chriſte tua eſt.
V tq́, puer vitam de matris ducere vita
D iſcit, & externa membra tuetur ope:
N udus, egens victus, pollutus corpore ſorde
D at lacrymas, lacrymæ verba querentis habent.
S ed leuat è terra lacrymantem, & multa gementem,
S uſpenſumq́, ſuo corpore mater alit.
E t fouet, & velat, rapit oſcula, purgat, & eſcam
A dplicat è mammis officioſa ſuis.
S ic pendere tuo mortalia viſcera collo
A nte patris ſummi lumina Chriſte ſinis.
I nq́, ſacro deles natiuas gurgite ſordes
C orporis ac animæ damna leuare potens.

E t nos iuſticiæ ſpolium quibus anguis ademit,
I uſticiæ velas tegmme Chriſte tuæ.
A c ope defectos dum culpa, dolorq́ fatigant
C arne tua, & roſei dote cruoris alis.
V iuaq́ contrito dicis ſolatia cordi
D ulcibus vt verbi pendet ab vberibus.
N am ſimilis lacti doctrma ſalutis opimo
I nſtillat viuas vt pia mater opes.
A dde quòd igne foues præcordia credula ſacro,
I mprimis hoc ſigno teq́ patremq́ tuo.
T u patris inſpiras dilecta per oſcula flammam,
I ungis & amplexu noſq́ Deumq́ tuo.
S olus ero ſi me tua gratia lmquet mermem,
S i tua deficiet dextera, nullus ero.
H uius in officium ſpem credula ponat Idume,
A c humilis veniam poſcat, & oret opem.
D iſce meo exemplo te noſcere, fidere Chriſto,
Q ui benè ſcit Chriſto fidere, ſaluus erit.
S is humilis, faſtum Dominus non ſiuit inultum,
T rita beat, damnat corda ſuperba Deus.

PSALMVS CXXV.

IN CONVERTENDO DOMInus captiuitatem, &c.

C *Vm ſtygio redimet Chriſtus de carcere Mundũ,*
Dulcis & æternæ præco ſalutis erit:
Tum pia mulcebunt adflictas gaudia mentes,
Quot mœrore carens gaudia ſomnus agit.

Non grauida incumbent nobis iuga pondere legis,
  Sed venient mœſtis mitia verba reis.
Semper opus, nomenq; Dei, laudeſq; canemus:
  Grata Deo res eſt geſta referre Dei.
Nam pater æterno noſtri deuinctus amore
  Syderea natum mittet ab arce ſuum.
Induet hic carnem caſtæ ſub ventre puellæ,
  Atq; ſua mundi crimina morte luet.
Tunc ſociæ gentes dicent bona verba redemtis,
  Iunctus erit Semiæ nempè Iaphita caſæ.
Quem iuga preſſerunt Satanæ, mundiq; poteſtas,
  Nunc geret hic vinclo libera colla graui.
Nate Dei finem defeſſo impone labori,
  Et patris offenſam ſiſte cruore tuo.
Eripe nos vinclo quo nunc premit arbiter Orci,
  Ceu noſtros Pharia compede ſoluis auos:
Tunc vbi purpureas ſicco pede tranſijt vndas
  Gens pia diuinis concomitata notis:
Et præſcite Dei ſtupuerunt flumina Nato,
  Et iuga ſunt imis mota tremore locis.
At prius adfligent ærumnæ pectora curis:
  Sed quæ ferre piget damna, tuliſſe iuuat.
Quod cupis in plauſum Deus vt conuertat ouantem,
  Spargere cum luctu ſemen oportet humo.
Quæ modò cum lacrymis doctrinæ ſemina ſpargis,
  Hæc metet expulſo ſera dolore cohors.
Quamuis vix aliquas peregrina Eccleſia ſedes
  Seruat, vbi cœtus colligit ore pios:

I n mœrore tamen iaciet pia ſemina verbi,
A c æterna virens fœnora fructus aget.
G rana feret quando cœli ſonat ora procellis,
G rana metet cœli cùm ſilet ora minis.
T andem læta ſuos connexo faſce maniplos
C olliget, & Chriſto germina prima dabit.
N am quæ triſtis humo tegitur ceu ſemen in agris,
S urget humo, læta lætior ipſa die.

CYMBA CHRISTI

Matth. 8. quæ eſt imago
Eccleſiæ.

D Vm ſcapha cũ ſocijs tumido vehit æquore Chriſtum,
E t claudit facilis lumina feſſa ſopor:
Ecce mari incumbunt rapido cum turbine venti,
O bruit & paruam magna procella ratem.
E xtemplò ſocijs ſoluuntur frigore membra,
E t fugit aſtrictus corda ſub ima cruor.
N ec mora tuta, cient ſopitum voce magiſtrum,
S urpe pater fer opem, ſurge age, ſurge pater.
A t ſomno excuſſus genitor, maris arguit æſtum,
E t ventus magno paret & vnda Deo:
C eu gerit vnda tuo morem Neptune tridenti
C um leuibus curris per uada ſumma rotis.
C ollectæ fugiunt nubes iam ſole reducto,
E t vaga ſedatis fluctibus vnda ſilet.
H oc vt opus cernit ſtupefactum numine vulgus,
O mnia qui poſſet credit adeſſe Deum.

ASINVS NOHÆ.

S is aſinus, quicunq; aſini clamore teneris,
I udicio vulgi ne capiare caue.

IDYLLION DE CHASSIDDA.

I L la ego ſum volucris fundo quæ paſcor herili
P arua, ſed in nidis officioſa meis.
C um pare quâ ſeptẽ dederãt mihi numina fœtus,
M ox tamen & pullos dum parit illa perit.
T eutona gens nomen mihi fecit ab arte docendi
Q uòd mihi commiſſas inſtruo mitis aues.
Q uòdq; leuo pennas MaIo Ridente ſub auras,
V eris & æterni voce ſaluto dies:
H inc à laude mihi nomen poſuêre Latini,
N ec benè de ſæua caßide nomen ineſt.
N on ego ſum galeæ, nec habendis vtilis armis,
N ec mea ſunt curuis æmula roſtra tubis.
O lim me rapidus tela inter Martia ventus
F lauit, & hoc mœſto nunc quoq; corde gemo.
B ella gerant volucres ad bella ferocia natæ,
C um placidis auibus laudet Alauda Deum.
N am referunt noſtras etiam ſeruaſſe volucres
Q uæ ſapiens illis nomina fecit Adam:
N unc quoq; quæ noſtris tribuit ſacra lingua propin-
Q uos benè de ſtorgis Teutona lingua vocat. (quis

Hinc

Hinc Chaſidda vocor, laudem quòd grata rependēs
Vota Creatori debita reddo meo.
Chaſiddam perhibent tumulum ſtruxiſſe parenti
Hic vbi nunc ſummo vertice criſta tumet:
Pingitur vt tergo geſtare Ciconia patrem,
Vt moneat natos de pietate rudes.
Et mihi cum data ſit gratæ pietatis imago,
Quæſo mihi priſcum reddite nomen aues.
Nam rectè meritos memori ſub vertice geſto,
Nata docere homines, nata ſonare Deum.
Nunc quoq; tutelam Philomelæ grata rependo
Quæ mea formauit dulcibus ora ſonis.
O ſi ſenſa animi valeam committere chartis,
Carmen & in tabulas ipſa referre meum:
In Libano cygni pennas, Niloq; papyrum
Colligerem, latices vel nigra terra daret.
Dij volucres ſeruate pias quæ pectora mulcent
Cantibus, ac odium pro pietate ferunt:
Ne fera gens auium crudos exerceat vngues,
Aut turbet ſtrepitu carmina docta ſuo.
Qualis auis glauco pennas quæ ſparſa colore
Ad digiti nutum vertere colla ſolet.
Nam quia contorquet collum vertiginis inſtar,
Nomen ab aucupibus ſtulta recepit auis.
Aſt ego cum pullis Philomelam laudibus orno,
Sic mihi Chaſiddæ nomen & omen ineſt.

ELEGIA DE STAPHYLO.

σταφυλὶς σταφὶς ἔσται, καὶ ῥόδον ἄνθος ὀλεῖται

A E t róſa mane viget, marcida nocte cad it.
V idi ego ceu lauri germen florere malignum,
P ræteriens paruo tempore quæro, fuit.
S ic etſi celebri florere videris in aula
O Staphyle, & Cynici dogmata falſa feris:
D iraq́ nunc ſanctis Chriſti minitaris alumnis,
E t furijs imples corda aliena tuis:
I nde tamen victus diuina voce iacebis,
C rudeles obitus impius omnis habet.
I gnea marcentem te numinis obruet ira,
V t perit à Solis victa calore roſa.
A n non à magno qui nomen habebat Iulo
F loruit, & læſit viq́ doliſq́ pios?
F loruit, & cauſa tandem deuictus & armis
D um iacet, & ſparſus vulnere ſanguis abit:
V iciſti Galilæe refert, ſimul iuit ad Orcum
V mbra gemens, pœnas & ſine fine luit.
I lle domum bello rediturus funera vouit,
S ed perit, & bello non redit ille domum.
Q ui dicunt aliter veri quam conſcia mens eſt,
A cceerſunt furias in ſua fata graues.
S ic crepuit tigno dum rumpitur ilia Iudas,
P œna venit grauior quo mage ſera venit.

Aſpice

A ſpice mugitu L atomum ſub morte fatentem
S e quoq; iuſtorum ſanguinis eſſe reum.
T u quoq; qui flores, fato marcebis acerbo,
S ucceſſum impietas neſcit habere diu.
S ed nos Chriſte doce, vireſq; vocantibus adde,
F loreat æterno nomen honore tuum.

EPICEDION REVERENDI

viri Iuſti Menij, qui fideliter rexit Eccleſiam DEI in Turingia amplius triginta annis, & poſtea in inclyta vrbe Lipſia Euangelium docuit, vbi mortuus eſt Anno 1558. die 12. Auguſti.

I Deus humana mentes vult ſorte moueri
S *V t noſcant cauſas, auxiliumq; petant:*
H uc fer Muſa pedes, Iuſto dum iuſta paramus,
N am pius eſt hominum fata dolere dolor.
E rgo Iuſte iaces? ſed non tua fama iacebit,
I n memori ſemper pectore iuſtus erit.
E ſt locus ad Fuldam ſtudijs vbi tecta dicauit
C arolus, è geſtis nomina magna tenens:
S æpius in rutilis pugnæ qud deditus armis
S oluit Ieſſæis ora canora modis.
V rbs ibi ſtat primas hauſit qua Menius auras,
S tirpſq; fuit patriæ non inhoneſta domus.

Hic

Hic placidos hauſit mores, curaq́; parentum
Iuit ad inſignes vrbis ab arte viros.
Iamq́; rudi puero cœleſtia ſacra placebant,
Et linguæ ſtudijs tempora grata dabat.
Vt tamen è veris hauriret fontibus artes,
Tyrigetum ſubijt culta Lycæa ſcholæ.
Illic Heſſe tibi deuotas præbuit aures,
Dum formas Latijs agmina parua ſonis:
Auſpice qui Muſa chordis aptare Latinis
Auſus es Iſaidæ carmina ſacra ſenis.
Nec minus ille tuo Ioachime pependit ab ore,
Dum facis Argolico verba diſerta ſono:
Audiat in Graias linguam te ſoluere voces,
Tunc ciuem dicet Cecropis ora ſuum.
Detinuit Langus præceptis illius aures,
Cœlica qui Chriſti verba profeſſus erat.
Iamq́; ſolum mutans flauum conceſſit ad Albim
Et Graio & Solymo Menius ore potens.
Hic ſua progreſſum faciens induſtria linguis
Vſa eſt præceptis docte Lutere tuis:
Dum Sol æthereum bis circumuoluitur orbem,
Dum bis flore viret, bis niue candet humus.
Sed poſt agreſtûm motus, Saxonicus Heros
Concordes fidei iuſſit vt eſſe ſonos:
Menius in partes venit, iunctuſq́; Philippo,
Et Myconi conſors, vtile iuuit opus.
His mandata fuit templorum inſpectio, clari
Hic vbi Tyrigetæ pinguia rura colunt.

Hinc

H inc ſol terdenos dum curſibus exigit annos,
    F unctus Apoſtolicæ munere ſortis erat.
E t calamo, viuiſq; ſonis ante agmina Chriſti
    P romouit ſanctum relligionis opus.
F raudis & autores doctrinæ luce refellit,
    E t ueri aſſeruit dogmata vera Dei.
S æpè uiro ſtrages intentauêre cruentas:
    H ei quantum vera eſt in pietate crucis.
Q uiſquis amat Chriſtũ ſubeat mala multa neceſſe eſt,
    H îc odia, aſt illic præmia iuſtus habet.
S ed non qua poſitus fuit è ſtatione receſſit,
    N e ſæuis aditum panderet ipſe lupis.
I lle ſub arbitrium reuocauit ſenſa docentum,
    I n pacto lites compoſuitq; thoro.
D ebita defendit ſacræ ſtipis æra miniſtris
    V t foueant victu ſeq; ſuasq; domos.
E rgo etiam tibi poſt reditum iuſtiſſime princeps
    P ro meritis carus Ian Friderice fuit.
S ed poſt fata Ducis merces huic reddita talis,
    Q ualis Ariſtidæ, Miltiadæq; fuit.
O ptime Romulidum patriæ tutela Camille,
    Q uid tibi pro meritis quàm fuga triſtis erat?
T alis & his exul ſeceſſit Menius oris,
    D octrinæ precium triſte magiſter habet.
E xcipit hunc Philyræ tellus addicta Camœnis,
    M unus vt in ſacra ſede docentis agat.
H îc tibi Sclaue ſuis iniecit frena libellis
    Q ui niger Illyrica de pice nomen habes.

Matris,

Matris, vt emergat, corrodit vipera fauces,
Q uis non cognatum te putet eſſe genus.
I pſe ſcolæ præſes fidi qui ſorte parentis
F ungitur, haud rabido tutus ab ore fuit.
H unc morſu violas vt tutò emergere poſsis,
P rætexens ſceleri ſplendida verba tuo.
A t te digna tuis pro factis pœna ſequetur,
L enta eſt, ſed tantò grandior ira Dei.
S ed iam compleuit Menius ſua fata, nec vltrà
S uſtinet à lingua ſpicula dira tua.
E rgo ſigna damus tali doctore dolore
O rbatam Philyræ, Leucoreæq́; ſcolam.
T u lætus ſuperûm conſpectu Iuſte potiris,
E ffugiunt curas inferiora tuas.
I pſe animam cœlo, nobis tua ſcripta relinquis,
S ic igitur duplici parte ſuperſtes eris.
F œlices quicunq́; Dei præcepta ſecuti
I n Chriſti claudunt fata ſuprema fide.

ELEGIA FVNEBRIS.

V lueris ex maſſa Deus vt formauit Adamum,
P *S ic in humum triſti labe ſolutus eo.*
Mortis eram viuus, moriens ago tempora vitæ,
Dum videt in mortem mors mea Chriſte tuam.

Vita

V ita mihi melior iam pro peiore reperta eſt,
N am dum funus ago, nobile fœnus ago.
V tq́ opifex cinerem cum granis miſcet arenæ,
E t vitreum turpi puluere fingit opus:
S ic Deus hos cineres in lucida corpora vertet,
Q uæ certent radijs ſplendide Phœbe tuis.
I amq́ nouos habitus renouato in corpore ſumam,
Q uod conforme Deo vitam agat ante Deum.
G ratia debetur Chriſto qui victima factus
M orte ſua meruit cœlica regna mihi.
I llum ego velatum noſtra cum carne videbo,
C arne noua indutus quando leuabo caput.
C hriſte tuo reditu mihi vita ſaluſq́ parata eſt,
I nterea tumulo molliter oſſa cubent.
N unc tegitur terra mœſtum & ſine honore cadauer,
T unc vbi reſtitues omnia, pulcher ero.
V t nunc triſte mori eſt, ſic dulce reſurgere quondã,
V ita mihi Chriſtus, mors mihi dulce lucrum.
I n terris labor eſt, requies ſed ſuauis in vrna,
I n ſummo venient gaudia ſumma die.

ELEGIA IN LAVDEM CONIVGII.

CVI pia contingit diuino munere coniunx
Quã pudor, & virtus ornat, & alma fides:
Inter opes mundi dos illi maxima ceſsit,
Virgo ſatis diues ſi qua pudica ſatis.
Illa viri conſors, ea ſola & vera voluptas
Quæ reficit ſenſus, laſſaq́; membra leuat:
Illa viro dulces probitate aſpirat honores,
Illam cum malè habet, mite leuamen habet.
Hanc cupit, hanc optat, ſolam ſuſpirat in illam,
Ante oculos abſens ſemper adeſſe ſolet.
Hæc fidei cultrix, & habendæ ſedula prolis
Nexa Dei verbo pendet ab ore viri.
Ex quo cuncta Deus Verbo viuente creaſſet,
Adam factus humo nomina cœpit homo.
Iamq́; ſoporato cum carne & ſanguine coſtam
Exerit, ac Euam nobile condit opus.
Nuda fuit, ſed erat donis ornata Deorum,
Culta puella nimis, caſta puella minus.
Ductor erat ſatus ipſe Deo qui pronubus Euam
Conſortem thalamo fecit Adame tuo.
Hanc tibi dixit habe, tibi ſeruiat orbis & æther,
Qua poſitus fueris in ſtatione mane.
Tu ſociam reuerenter habe, cui ſolus adhære,
Solus ama, & ſolam pectore ſolus habe.

Ferueat

F erueat vna caro, ſpiret mens vna duobus,
C reſcite fœcundo nuptaq; virq; thoro.
P rona Deus caſtis defigit lumina ſponſis,
N ec niſi legitimè corpora iuncta placent.
S ancit, & accendit flammas Spirator honeſtas,
C aſta volunt caſta numina mente coli.
H oc in amore potes Chriſti cognoſcere flammas,
A tq; Deum vera dicere voce Patrem.
S ic operas haurire datas, vt poſcit honeſtas,
S ic ſeruire Deo, poſcit vt ipſe, potes.
S ic potes obſequijs animum ſubmittere iuſtis,
I nq; fide victus quærere iura tui.
N ate Dei fuſo redimis qui ſanguine ſponſam,
E t iuſtam meritis efficis ipſe tuis:
F ac tua ſit totum fœlix Hephziba per orbem,
T u tege naturæ viſcera iuncta tuæ.
S uffice coniugibus vires, & cepta ſecundes,
P oſſit vt hinc cultor numinis ire tui.
F ac caſti maneant in relligione nepotes,
Bella preme, & toto ſpiret in orbe quies.

PSALMVS, DOMINE NON exaltatum eſt cor meum.

PVBLICANVS.

N On mihi cor tumidũ ſummas effertur in auras
Summe Deus tollens infima, ſumma premens.

Net reor externa legem virtute teneri,
Et tribuo meritis præmia nulla meis.
Debetur quia pœna meis, non gloria factis,
Ante Deum meritis nemo beatus erit.
Non oculis auſim cœli conuexa tueri,
Lumina ſed figo plena pudoris humo.
Non altum ſapio, nec facta latentia ſcrutor,
Sed teneor verbo quod tua ſenſa docet.
Ergo ego contundo duris mea pectora palmis,
Gloria nec ſtudijs quæritur vlla meis.
Sed mihi magna ſatis venit auſpice gloria Chriſto,
Quòd recipit maſſam per ſua colla meam.
Iuſticiaq́; ſua mea crimina velat, & illam
Nunc mihi commutans imputat, illa ſibi.
Inq́; maris fundo credentûm crimina mergit:
Quod ſumus ac erimus gratia Chriſte tua eſt.
Vtq́; puer vitam de matris ducere vita
Diſcit, & externa membra tuetur ope:
Nudus, egens victus, pollutus corpore ſorde
Dat lacrymas, lacrymæ verba querentis habent.
Sed leuat è terra lacrymantem, & multa gementem,
Suſpenſumq́; ſuo corpore mater alit.
Et fouet, & velat, rapit oſcula, purgat, & eſcam
Adplicat è mammis officioſa ſuis.
Sic pendere tuo mortalia viſcera collo
Ante patris ſummi lumina Chriſte ſinis.
Inq́; ſacro deles natiuas gurgite ſordes
Corporis ac animæ damna leuare potens.

E t nos iuſticiæ ſpolium quibus anguis ademit,
    I uſticiæ velas tegmine Chriſte tuæ.
A c ope defectos dum culpa, dolorq́; fatigant
    C arne tua, & roſei dote cruoris alis.
V iuaq́; contrito dicis ſolatia cordi
    D ulcibus vt verbi pendet ab vberibus.
N am ſimilis lacti doctrina ſalutis opimo
    I nſtillat viuas vt pia mater opes.
A dde quòd igne foues præcordia credula ſacro,
    I mprimis hoc ſigno teq́; patremq́; tuo.
T u patris inſpiras dilecta per oſcula flammam,
    I ungis & amplexu noſq́; Deumq́; tuo.
S olus ero ſi me tua gratia linquet inermem,
    S i tua deficiet dextera, nullus ero.
H uius in officium ſpem credula ponat Idume,
    A c humilis veniam poſcat, & oret opem.
D iſce meo exemplo te noſcere, fidere Chriſto,
    Q ui benè ſcit Chriſto fidere, ſaluus erit.
S is humilis, faſtum Dominus non ſiuit inultum,
    T rita beat, damnat corda ſuperba Deus.

PSALMVS CXXV.

IN CONVERTENDO DOMInus captiuitatem, &c.

C Vm ſtygio redimet Chriſtus de carcere Mundū,
    Dulcis & æternæ præco ſalutis erit:
Tum pia mulcebunt adflictas gaudia mentes,
    Quot mœrore carens gaudia ſomnus agit.

Non grauida incumbent nobis iuga pondere legis,
Sed venient mœſtis mitia verba reis.
Semper opus, nomenq́; Dei, laudeſq́; canemus:
Grata Deo res eſt geſta referre Dei.
Nam pater æterno noſtri deuinctus amore
Syderea natum mittet ab arce ſuum.
Induet hic carnem caſtæ ſub ventre puellæ,
Atq́; ſua mundi crimina morte luet.
Tunc ſociæ gentes dicent bona verba redemtis,
Iunctus erit Semiæ nempè Iaphita caſæ.
Quem iuga preſſerunt Satanæ, mundiq́; poteſtas,
Nunc geret hic vinclo libera colla graui.
Nate Dei finem defeſſo impone labori,
Et patris offenſam ſiſte cruore tuo.
Eripe nos vinclo quo nunc premit arbiter Orci,
Ceu noſtros Pharia compede ſoluis auos:
Tunc vbi purpureas ſicco pede tranſijt vndas
Gens pia diuinis concomitata notis:
Et præſcite Dei ſtupuerunt flumina Nato,
Et iuga ſunt imis mota tremore locis.
At prius adfligent ærumnæ pectora curis:
Sed quæ ferre piget damna, tuliſſe iuuat.
Quod cupis in plauſum Deus vt conuertat ouantem,
Spargere cum luctu ſemen oportet humo.
Quæ modò cum lacrymis doctrinæ ſemina ſpargis,
Hæc metet expulſo ſera dolore cohors.
Quamuis vix aliquas peregrina Eccleſia ſedes
Seruat, vbi cœtus colligit ore pios:

In

In mœrore tamen iaciet pia ſemina verbi,
Ac æterna virens fœnora fructus aget.
Grana ſeret quando cœli ſonat ora procellis,
Grana metet cœli cùm ſilet ora minis.
Tandem læta ſuos connexo faſce maniplos
Colliget, & Chriſto germina prima dabit.
Nam quæ triſtis humo tegitur ceu ſemen in agris,
Surget humo, læta lætior ipſa die.

CYMBA CHRISTI

Matth. 8. quæ eſt imago Eccleſiæ.

Dum ſcapha cũ ſocijs tumido vehit æquore Chriſtum,
Et claudit facilis lumina feſſa ſopor:
Ecce mari incumbunt rapido cum turbine venti,
Obruit & paruam magna procella ratem.
Extemplò ſocijs ſoluuntur frigore membra,
Et fugit aſtrictus corda ſub ima cruor.
Nec mora tuta, cient ſopitum voce magiſtrum,
Surge pater fer opem, ſurge age, ſurge pater.
At ſomno excuſſus genitor, maris arguit æſtum,
Et ventus magno paret & vnda Deo:
Ceu gerit vnda tuo morem Neptune tridenti
Cum leuibus curris per uada ſumma rotis.
Collectæ fugiunt nubes iam ſole reducto,
Et vaga ſedatis fluctibus vnda ſilet.
Hoc vt opus cernit ſtupefactum numine vulgus,
Omnia qui poſſet credit adeſſe Deum.

CYMBA

TALIS in inſano ſcapha nunc Eccleſia mundo eſt,
Quæ te non magno cum grege Chriſte vehit.
Nam quoniam infirmis regnare videris habenis,
Et ſimulas ſomno lumina clauſa premi:
Infera tum ſtygiæ conſurgunt prælia portæ,
Intentantq́ tibi fata, tuoq́ gregi.
Totq́ adeò perculſa malis Eccleſia nutat,
Vt mergi horriſonis penè putetur aquis.
Attamen in Cymba vehitur dum Chriſtus eadem,
Nutanteſq́ oculos non ſopor altus habet:
Et petitur medijs hæc ancora ſacra periclis,
Et fiunt animo non dubitante preces:
Tum Deus in damnis nunquam nos deſeret vllis,
Sed medius medijs fluctibus eſſe cupit.
Si ſcapha vel laxis laterum compagibus æquor
Hauriat, & medijs fiſſa fatiſcat aquis:
Nos tamen & fractis ſulcabimus æquora remis,
Paulus ut effracta puppe ſecabat aquas.
Hic etenim cœtus conſors tua Chriſte vocatur,
Et quem plus anima diligis ipſe tua.
Namq́ cruore tuo ſtygia compage redemtum
Incolis, & præſens tempus in omne manes.
Tu tibi ſuſpenſam collo tutabere maſſam,
Plus licet æquoreis ſæuiat orbis aquis.
Qualis enim viſa lætatur coniuge ſponſus,
Sic capis à cœtu gaudia vera tuo.
In te ſtat valida fundata Eccleſia rupe,
Nèue cadat, palmis ducitur illa tuis.

P icta velut iuſti duxiſti ſcrinia Nobæ
I mpia cum pluuijs terra periret aquis.
T u potes & pelago, frenoſq́ imponere ventis,
S iſtat vt horrendas vtraq́ turba minas.
N amq́ tuæ ſenſit cœleſtia robora dextræ
C um biberet rubras naufragus hoſtis aquas.
A n non Sennaherib cæſus tua brachia ſenſit?
N on ius in ſuperos vis habet vlla Deos.
Q uotquot enim voluêre pios excindere cœtus,
N umine ſenſerunt rem prohibente geri.
E rgo metum excutio totus licet irruat orbis,
S i Deus eſt præſens, quis meus hoſtis erit?
A nte Deum Sion quondam ſic ora reſoluit:
S ic ne tuo cecidi corde relicta Deus?
S ic lethæa tuos capiunt obliuia ſenſus,
V t ſociæ poſsit immemor eſſe tuæ?
C ui pater: an ſacras vnquam de pectore ſtorgas
E xuet, in fœtum mater acerba ſuum?
S i tamen vlla gerat duras in pectore quercus,
N e ſobolis tangi poſsit amore ſuæ:
N on tamen è noſtro tuus vnquam pectore vultus
E xcidet: hîc pennas nullus habebit Amor.
N ec tua victuris incidi nomina cedris,
I ndicium peragit ſed mea dextra tui.
I n tua defixi vigilantes mœnia vultus,
Q uem pia defendunt numina, tutus erit.
N ate Dei fluctus pelagi compeſce furentes,
I rruit in Cymbam multa procella tuam.

T e quaſi ſopito iam mergi penè videtur,
S ed vigila, & paruum magne tuere gregem.
V t tibi pertexat gratis præconia verbis,
E t tua perpetua nomina laude canat.
A ura tonet, ſonet vnda, minis fremat orbis & Orcus,
T u tamen inſertos nos tibi Chriſte teges.

FINIS.